IOANNIS PETRI VALERIANI PRÆLUDIA QUÆDAM. DE STUDIOR...

Pierio Valeriano

IOANNIS PETRI VALERIANI

PRÆLVDIA QVÆDAM:

DE STVDIOR· CONDITIONE SERMO·

EPIGRAMMATVM LIB. I.

ODARVM ALTER·

CARPIONIS FABVLA·

LEVCIPPI FABVLA·

PROTESILAVS LAODAMIÆ·

VITÆ SVÆ CALAMITAS·

IN FRAN· GRITTEI DESIDERIVM

NENIA·

OCTAVIVS STEPHANIVS ALVISIO PHOSCHARI CLARISSIMI NICOLAI FILIO S.

s Vperioribus annis Pierius meus nõnullas Pieridum suarũ primitias mihi, quem loco fratris amplexatur, commendarat: ea tamen lege/ut his solus fruerer. tãta est illius uerecundia, atq; modestia: ut non solum popularem auram fugiat, Verum etiam stantem ante fores famã admittere uereatur. Sed cur ego tam impius sim: ut quã ex lepiditate scriptorum eius uoluptatem percepi: aliis inuideam. Deliberaui itaq; quæcunq; apud me essent edere: putauiq; sub nullius nomine tutius ea ꝑdire posse: q̃ sub amicissimi: Qualis es tu Iuuenis ornatissime: qui ingenio clientis tibi: domuiq; tuæ deditissimi plurimum semper fauisti: quem & hospitalitate & beneficẽtia, duabus tibi granis peculiaribus, ita ad te allicis ut te uno magis neminem colat. Quocircá nulli hæc magis debent/q̃ tibi: neq; Pierium/si hæc edidisset/aliter facturum fuisse/putem. Proindé reliquos auctoritate tua persuadeas: ut fauentes/benigniq; primitias has excipiant: ut in maturanda fruge reliqua iuuenem paulo timidiorem audentius animemus. Vale Stephanii tui memor: qui tua tibi reddit: Pierium scilicet/quo nihil magis tuum.

IOAN· PETRI VALERIANI SERMO DE STVDIOR· CONDITIONE· AD NARDINVM·

EXIGIS EDAM Aliquid monitu
Nardine frequenti:
Scilicet arboreum ut quæram ad
suspendia truncum:
Incusasq; motam causasq; annectis iniquum!
Esse/suum æternis tenebris damnare laborem:
Insanumq; putas hominem/qui uixerit/olim
Ponere nolle suum uiuorum nomen in albo
Quando etiam/qui gloriolam sunt temnere uisi:
Et scripto damnare libro/ioscripsere legendum
Ita men in titulis nomen. Dulcedo futuræ
Laudis tam oblectat: tam uitæ est certa cupido.
Contra ego/nec scribas moneo: nec scribere cogas:
Edere nedum etiam laudo. Sententia cur hæc
Stet mihi, uis dicam? Scriptorum intentio semper
Præcipua/ut placeant lectoribus: ut simul omnis
Exemplisq; iuuent/& cecropio sale capiant:
Delectentq; iocis. Verum inuenisse/quod omnes
Vel quota pars laudent: opus & labor omnis in isto
Articulo est. alijs alia ut diuersa petuntut
Fercula: quis stomachum cunctorum possit opime
Pascere? nam nihil est/omnis ni pascat opime:
Nec mica in medio sese imercludat hiatu!.
Vsq; adeo iugulat uel littera sola Poetam

Hic Asianus/& iste Laconicus/Atticus ille.
Hic probat ingenium: uersu quod surgit hanello:
Quod tonitrum cantu superat: quod nobile bellum/
Fortunam Priami/formidatumue Tonanti
Coniugium canit. ille solo: quę serpere cernit:
Verba stilo tenui: Troia est quo ductus Vlysses
Sunt quos oblectant Elegi: mollesq; Phyletæ
Deliciæ: capiat sunt quos undena Phalœci
Syllaba: quos Sapphous numeri: quos molliter Odæ
Suauiloquæ alliciant. Sunt quos nocitura Lycambæ
Verba iuuent: graciles Socci: tumidiue Cothurni.
Sed neq; in iis species eadem placet. hic capitur ui
Hic cultu hic grauitate hic acumine hic idole. acerbũ
Hic amat: hic dulce: hic sanctum: confecta labore
Hic uigili/hic subito torrens quę Copia fudit
Quod secus est/odere. prioribus id placet annis
Quo semel imbutus/solo se oblectat amando:
Cuius causa mali sola est Inscitia princeps
Quæ nil esse putat/nisi quod facit ipsa/decorum.
Sermones ait hic Vates Venusine securi
Cedi posse tuos/crassos accusat/& odit.
Est cui sit docti libertas dura Catulli:
Virgilio ingenium qui demat propter Homerum:
Qui tibi molliciem uicio dent terse Tibulle
Te quoq; grandiloquum/ac elegũ supra ire Properti
Inuideant potius: q̃ damnent/optime Vates:
Ille tubam Stati dicit trepidare tremendam.
Exigit iste horrens epigrammata Bethyca censor/

Hiſpanum & redolere ſitum contendit:& illum
Repère humi fluidum:á patria qui triſtia plorat
Exilia. Hiſtoriam Lucanum texere puram.
In Çicerone(placet ſi diis)cenſoria turba
Inueniunt tumidum:cõfractum: molle redundans.
Ne dum etiam is non ſit ieiunus:& aridus ulli.
Pollio:quid noſtro/notum eſt/obiecerit:urbis
Qui Romæ ſcripſit primordia:facta triumphos.
Nempe.Polygnoti hic puros ut amare colores/
Zeuſidos hic umbras pergit:ratione ſed ipſa
Protogenes:facili quod ſingula Pamphilus arte
Explicat in precio eſt.melius phantaſmata prudens
Concipit Antiphilus.Quin gratia mira Theoni
Im(m)o hæc Parrhaſio:immo omnis debet Apelli.
Plus homini:q̃ diis addit Polycletus honoris:
Nec Phydias homines abſoluit.habere figuram
Perſimilem/pulchri Demetrius immemor/ardet.
Sic ſua cuiq; humeris appenſa eſt mantica.nullus
Indamnatus abit ueterum. Tirunculus ergo:
Qui tenerum prima ſpargit lanugine mentum:
Sit licet Euphranor ſpecie admirandus in omni:
Speret in his ſtudii turbis excudere:quod ſit
Immorſum?Si nominibus non parcit auorum
Turba procax rictu:quos cælo priſca ſacrarunt
Secula:quos cœlo poſitos nunc poſtera adorant.
Quin etiam tam praua ulli ſententia menti:
Non alia ut ratione,aliis non carmina cauſis
Deſpectet,niſi quod tecum uerſetur,& arcta

Iunctus amicicia plures conuixerit annos:
Parq; in amore tuum decus, ut sibi dedecus/horret,
Quod si eadem ignoto diuulges nomine: amabit
Singula: & dicet: quam nec respexeris, artem.
Vt tamen á triuiis quicq̃ modulere remotum:
Quæ Sosiis Aldi mereant æs grande Manuti:
Qualia Pontanus/Sincerus/Bembus: ab istis
Vix duo tresue canunt. hem scilicet ulla putabis
Carmina, posse legi nullum admissura uerutum.
Quæ meditatus eras: ea si uis credere chartis:
Ipsi agitant primam Calamisq; & Sepia litem.
Marmoribus gaudes antiquis, usus at adsum
Ipse Magister ait. ratio hunc accusat abusum,
Parendumq; sibi. uario clamore fauentum
Alterutris, dubio pendet sub iudice caussa.
Et tamen interea ut priscos imitere sabinos
Non liquet: ut capias usum, confusius illo
Est nihil. ipsa tibi Ciceronis tempora legem
Vix posuere ullam: si tempora nostra sequaris:
Doctorum quando sit mente probabilis usus:
Nil tibi turbidius/nil est incertius usum
Quem dicas. licet cois á finibus orbem
Ad Tartessiaco iuga torrida sole pererres,
Est operæprecium tota tellure peritos
Offendisse duos: quorum mens consona laudet,
Atq; affirmet idem, quod si uis pergere iuris
Esse tui, reliquis sputi reus omnibus esto.
Vsq; adeo istorum uariat sententia, quotquot

Sunt homines/tot Sensa.suis quod quisq; notauit
Ædibus inclusus/fragmenta ignobilis huius
Illiusue legens/uel Marmora rupta reuoluens
Q uæq; excsa magis uento: pluuiáq; putrescunt
Hoc probat: huic inhiat: hoc obseruasse superbit.
Sic quosdam Natura homines animauit: ut esse
Iudicio inferior nullus uelit: esse supremus
Q uisq; putet. Sic quenq; sui fiducia perdit.
Q uid tamen si carpunt: is te aspirasse notarit
Huic: at non illi uocali: Siue gemellis
Litterulis quicq̃ scripsisse: & simplice debet
More suo scribi: uel siquid ullius istis
Est Apinis gerrisq;, tamen si sensa, figuras:
Virtutes, numeros, aut artem Carminis ullam
Percontere, lapis, caudex: quid dixeris: hæret:
Insistitq; suis: tanquam canis ossibus: infra
Rodendis mensam quæ proiecere supernę
Conuiuæ: dapibus Regalibus accumbentes.
Scribere difficile est igitur sine crimine: sed tu
Socratico deinceps studio recitare patenti
Ore paras: calamis: & chartis parcere: demum
Hoc magis horrebis: si quo discrimine lingua
Videris/in prçceps titubet ruitura sub uno
Accentu. uel si. C. non expresserit absq;
Barbarie, LaTIum nisi græcus dixeris/atq;
HospiTIum Natura uelut pronunciat infans
Q uidnam igitur facies? pulchre/nã scribere certũ est:
Nec reticere queunt Vates/quos cantor Apollo

Non patitur uersare lutum: sed ad aurea cæli
Limina sublimes Iouis omniparentis in aula
Sistit/& ætherii monstrat consortia cœtus:
Ambrosiámq; libens, nectarq; propinat: & illi
Magna canunt/afflante Deo, mortalia ponunt
Nubila/quæq; Deûm in penetralibus abdita cernūt.
Atq; ubi iam ad sese rediere: insomnia meote
Attonita reputant: & quæ inspexere reposcunt:
Et plærunq; suas non percepere camœnas.
Vsq; adeo humanis præstant cœlestia rebus.
Dum tantis igitur curis distenta fatiscit
Mens, cælum accipiens, mysteria tanta reuoluens:
Scilicet uniusne operam: studiumq; sequetur
Litterulæ? quam quisq; suis expungere Tiro,
Aut linere arbitriis potis est. ea cura Poetis
Indigna. ut fœtum famulis mandare lauandum
Nixa solet: sic quæ uates peperere, decorum
Dummodo legitimis conceptum mensibus edant,
Felici Iunone/patre applaudente: ministris
Grammaticis curare sinunt: quod restat agendum,
Herculeum ut sternant Iunonis ad atria lectum:
Populeámq; ferant/genialia munera uirgam
Præterea ueluti digitus digitum abluit, æque
Nemo sibi satis est solus. Censore perito
Est opus. Inueniam quo iudice, quo monitore
Tuta per aonios librem uestigia saltus.
Macte animis: liquido auspicio uale: omine dextro
Perge/tamen prudens hæc de Censoribus audi.

Sunt quibus ingenium agrestis natura negauit:
Indociles primum: quales querceta Lycei
Ediderant olim: sed quos labor improbus ullo
Attriuit studio. Crassam uelare Mineruam
Sic annituntur. satis est mihi scripta priorum
Voluere: quid nugas illis superaddere tentem?
Subsanántq; omnes: nostráq; ætate decorum
Esse stilum (idq; utinam sanis ostendere norint
Indiciis) renuunt: ac infelicibus ouis
Nasci omnes, dum scire nihil per aperta fatentur
Verba: alios carpunt tacite: affectántq; probari
Iudicio. Sed iudicio qui excellere possit:
Ni multos artem scribendi exercuit annos?
Gurgite ni exundet uiuo? non nata sub ipsis
Verba labris: ima sed enim á radice feracis
Pectoris efundat: rebus fœcundus opimis?
Ni metri quodcunq; genus: quodcunq; soluti
Sermonis uariarit opus? quid respuat illud:
Q uidue admittat, & hoc: qd Nestora, qd Menelaũ,
Q uidue Itacum addeceat. demũ post multa rotũdus
Exempla: ut doctos sola experientia reddat
Nouit: & est iudex aliorum fidus / & æquus.
Hic erat Hermolaus. hic Picus. hic Angelus acer:
Nunc tu rare puer / Veneti spes una nitoris
Canalis / Milto nomen fulgente notandum.
Q ui nullis igitur caluere uigoribus unquam
Sideris ætherii / studiis censere malignis
Cuncta solent: ueluti si cerdo reprehendat Apellis

Symmetriam. Contra pleriq; ut naris habentur
Emunctæ, sibi scire uolunt: ostendere rectum
Vel dedignantur, uel prodere sacra uerentur
Grammatici in primis sunt, qui docuisse recusant:
Qui uicium hac ratione fouent, arcana alienis
Discipulis dare non licet hæc, & corrigere illos
Monstrare anitheta: & facientia uerba colores
Ast operam nobis iugem det: & ocius omnes
Præteriisse nouos faciam: præstiisse uetustos.
O leuis ambitio fucco suffulta maligno.
Ergo miser media clamet si naufragus unda
Obrutus: affer opem: tabulam: uel porrige contum:
Non licet adiutare: & opem: & conferre salutem:
Quod non classe tua uehitur, ruit alter in ipsas
Fracturus Syrtis: poscitq; uiam, pede fausto
Impius exclames perge, impendere periclum
Naufragii aspiciens: hortaberis, heus bene: recte.
Sic lapsos in aquam submergeret altius ille
Qui populo ficum promiserat exitialem:
Vnde homines soliti sese suspendere: siquis
Vincula uellet adhuc perituro nectere collo:
Humanum Timon adeo genus oderat usq;.
Sed tamen effecit stolidi Dementia uulgi
Censores ita adulantum sibi sumere partis.
Hic etenim: ut senis pedibus contexere cepit
Versiculum: numeros tantum non sensa secutus:
Egregium se fert uatem: ecu somnia Cyrrhæ
Viderit in summo: & uiuum hauserit Hippocrenen

Potus aquis pluuiis/fora cuncta perambulat/omnes
Arripit.& uestem prehensat/manicasq;: & inertes
Te uersus audire iubet: properes licet ire
Ad foricas/malua helleborōue urgente/petitq;
Insit ut ingenium; q̄tum insit acumen: ut acri
Fulminet ore: tamen si castigare quid audes
Durum/incompositum/rude/difficile/ambitiosum
Inuidus indoctusq; uocaberis/atq; malignus.
Parte alia hic ueniet Musarum/& Apollinis exors/
Βρεκεκεκὲξ tantum stridens: ceu Rana paludis
Incola: qui temnat reliquos/& uellicet acto
Dente furens, qui grande sibi nomenq;/decusq;
Deputet: ut quenquam primorum excgerit, unus
Qui sapere ipse sibi solus uideatur Athenis.
Magna loquens digitis insurgat: & intima cordis
Gaudia concipiens: numerosa uolumina iactet
Sola legi sua digna tatus. quid scripserit alter
Impatiens audire: sibi quin iudicet omnis
Astare auriculas. Ecquid furiosa libido
Nos agitat? properata uni si meta Quadrigæ:
Persistemus adhuc plagis urgere ueredos?
Pone animum Venete: Prasinus iam lora superbus
Circum agit. ipse licet Russatum poné sequentem
Respicias. apium/pinusq;, & pomum, oleastérq;
Est Prasini: iam frange rotas, frange apsidas, omnis
Omnis (ait Prasinus) uictoria nostra futura est.
Verum hos ferre tamē poteris. quis ferre potest hunc:
Qui famam abstrusa historia/uerbóq; uetusto

Venatur:dicens,hoc non intelliget ullus.
Grammatici hic rodent ungues:auctoribus ipsis
Quicquid inest uicii arripiens,se nomen adeptum
Grande putat:si obscura canat:si uerba remota
Consilio sine,personæ,rerumq; decore
Depromat/Neui non exaudita magistris:
Quę Numa:quę Euāder nimiū affectata putassent.
Vidi equidem unius confictum nominis ergo
Grande poema:ueluti Chii qui marmoris unam
Inuenit crustam/ne scilicet illa periret,
Mercatus tophumq; putrem:lateremq; lutosum:
Immodicis amplas extruxit sumptibus ædes:
Vt foret in medio frustum id spectabile cœno.
Huccine peruigiles curę:assiduiq; labores.
Contendunt:ut postq̄ olei consumpseris urnam:
Dum multa ostentas:nihil addidicisse probandum
Deprehendare:uiris & suggillere peritis:
Vir sine doctrina doctus,sine robore fortis.
Humida uti possent humore carentia dici.
Sic demum dicare Poeta poeseos expers.
Proh pudor:ē tenebris:squallenti ē carcere dudum
Non nullorum opera Carmenta erepta:per urbes
Hesperias læto gestari ceperat ore/
Compta sinus,purgata cutem,cui rara cicatrix,
Rarus erat uibex faciei:iam oblita sicambros,
Immanē & Teiam:& Clephis implacabile pectus:
Secura placidam carpebat pace quietem.
Gratia magna tibi facunde Sabellice:cuius

Eloquium cultos hac tempestate Quirites
Suscitat, & uerum Latio splendore nitorem.
Ipsa equidem Carmenta tuis abscedere tectis
Nesciat/ipsa tuis ultro requiescat in ulnis.
Ecce autem proprios indicere bella nepotes
Aegra uidet: fæuumq; nefas: Ciuilia sentit
Arma intromissis furiis miscerier (altrix
Aphrica monstrorum causa/& caput) ergo decentes
Vulsa comas, perplosa latus/lacerata papillas,
Seditione, dolis, ac impietate suorum,
Importuna quibus mens/atq; impura uoluntas:
It lacrymans: peplumq; Deæ miseranda Mineruæ
Bacchatum gemmis: ostróq; auróq; superbum,
Nuncupat, ut mallet nunq̃ rediuiua supernas
Inuisisse auras: ne scilicet ista uideret.
Præstaret siquidem tẽnebris latuisse sub imis:
Quam sic indecorem deinceps traducere uitam.
Huc queso Nardine oculos, huc dirige mentem:
Quot mala conspicies nunc edita carmina, risus
Quot populus tollant, quot sint ludibria uatum:
Quandóq; dem malesana hominũ uecordia multos
Præcipitat: qui se uenerantur: dum male ructant
Portenta ingenii deformia: dumq; beatos
Se fine riuali captant/mirantur/amántq;
Inuentis, ita quisq; suis: ceu Simia natis
Ridiculis/plaudit/uultus mirata uenustos.
Adde quod is palmam affectat: qui plura in aceruos
Vtcunq; structos cumulo congesserit amplo

Quid furiso Corydon? quod te uixisse nepotes
Admoneat: Centena sat/& uerbosius equo
Carmina praestarent/morso trutinata labello
Si:quod/ut Antimachum superes/deperdere gestis
In torno & lima malis perpendere tempus.
An referam sordes alias/commentáq; uanis
In libros delira modis: quę uoluere firmo
Nemo queat stomacho Ingenuus: quę sõnia cernas
Quas damnes putere lues. O secula tricis
Dedita plaebeis/insana agitata Phrenesi.
Hi populo placuisse ardent/suffragia uulgi
Hi rudis affectant: quod uix clausere uolumen,
Iam recitant/obiecta breuis mora temporis omnem
Emendat labem: uicio/quod fecit iniquis
Exclusus, spaciis/rogat indulgere legentem:
Post tamen & menses/post annos cernis eundem
In uersu sordere situm. Quin edere nugas
Has inopes rerum/sine cultu/& pondere/& arte
Non trepidant: istis ac si iam firma uigeret
Norma stili/ac si proprietas iam cognita ad unguem
Visq; foret. Secli pudor huius/& opprobrium iam
Fabula de nostro uulgata est tempore. Rhetor
Consultusq;/Poetáq;/Grammaticusq;/Sophósq;
Ridetur/nostri quem sidera temporis edunt.
Quandoquidem nullus studio censetur/at annis
Vix tribus audieris/satis est: accinge coronam:
Atq; aurum/positi excellentia signa pudoris.
At non prisca tulit Phanaticus esset ut error

Vatibus hic ætas: nam scriptus non prius extra
Ibat in acta liber/q̃ térq; quatérq; lituris
Iudice Aristarcho foret óblitus/atq; ita cultis
Erepta ingentis damnosa audacia: demum
Æterna túlerunt uictura Poemata luce.
Inde Deum es toties incudi reddere natos
Iussus Apolloni primas incendere Aquinas
Persuasus satyras. & tu pater optime Vatum
In uersus centena decem Maro carmina cogis
Cautus: & a recta nunq̃ secedis amussi
En rerum Natura parens: nil edere magnum:
Spectandúmq; solet/longo nisi tempore adultum
Ipsa etiam maiora suos animalia partus
Iussa diu gestare: decem bos Luca per annos
Parturit/ingentem prolem paritura: nitensq;
Dentis ebur: decora ampla uirûm: decora ampla deorum.
Legibus his stabant ueteres plebs sancta Poetæ/
At modo scribendi nulla est data regula: passim
Versificatores Nyssæ bacchantur ad aras.
Accipit audaces tenuis Pæonicus æstus:
Ignigenamq; canit Bacchum Iunonis in iram:
Mœstáq; iucundis Querimonia pangitur hymnis:
Associat citharæ mollis sibi Tibia cantum:
Scribitur & nullis Comœdia legibus: omnia
Omnibus admiscentur: & omnia corrumpuntur.
Non aliter q̃ si Alcinoi læti hospitis ortos
Ortos perpetui Autumni/Verisq; perennis:
Siue uelis flores: seu mitia & acria poma:

Rustica barbarico populetur turba furore,
Matura/immatura simul/flores/folia/herbas
Confundunt:nullo rapiunt discrimine cuncta:
Immissis & in ora efrena ferantur habenis:
Donec ab incuruo demum excutiantur asello.
Quando omnis igitur fœda contage papyros
Polluit hæc pestis scriptorum/ut nulla salutis
Sit uia/si populo teipsum cõmiseris:auram
Illius aspernere,procul fugiásq; monemus.
Et si Pierio dignum quid cuseris ore:
Seu Contarenus tecum Leooardus:alumnum
Moribus,ingenióq; probũ quem fingis ad unguẽ:
Seu Trypho,seu tecum ludat Maro iunior ille:
Qui subito tam multa canit,tam docta calore
Concitus:ut uideant quem iam conferre minores
Audacter possint maioribus,hic placeat mos:
Quẽ doctũ in primis nosti obseruare Typhonem.
Sit satis id raris lectoribus,& tribus ad plus
Credere:& indicio quos præcipuos tibi amicos
Noueris,& nulla suffultos pectora Vulpe:
Thomei quales gemini,ac Aurelius augur:
Abdita qui ueræ sophiæ monumenta recludunt.
Sat mihi Faustinus,satis est Egnatius,& qui
A uera nomen bonitate Bononius optat:
Iudex quisque bonus:
censor grauis:
Arbiter
æquus
.

IOAN. PETRVS VALERIANVS

HIERONYMO DONATO

PRÆSTANTISS

S.

ſ

OLENT Veneti tui Donate præstantissime/Q uum ædificium aliquod Clodianum sumptuosius comparant/ Chii/uel Laconici/uel Numidici/uel cuiusuis rarissimam uersicoloris/& pellucidi marmoris crustam diligenter exsecare: quod maxime spectandum primis statim foribus affigant. Horum ego ambitionem æmulatus primo huic Epigrammatum libello rarissimum uiri alicuius celeberrimi nomen allinere quum deliberassem: tu mihi statim occurristi Vir eminentissime: quem ex omnibus præcipuum deligerem / hoc ut ornamento libellum meum insigniter honestarem, Q uem uirtutibus omnibus ornatissimum excellere uno bonorũ omnium præconio manifestissimum est, Q uas qui sigillatim commemorare/admirari/& extollere uelit/non oporteat Thesea(uelut Isocrates facit)inserere. Tot undiq; præconia redundant; ut/quę seligas/potius: q̃ quę

C

Inuenias/laborandum tibi sit. Et ueluti quis ad iucun-dissima rerum plurimarum spectacula profectus: quum multa se/quę delectent/offerant/quo se potissimum oblectet: nescit: omnibus uero frui temporis angustia negat. Q uin οὐδ' ἂν εἷς ἐπαίνους ἀξίως ἀφικέσθαι δύναιτο, diceret Demostenes. Sic omnia/quæ apud te sunt generosa/commemoraturus hæsitaret: uideretur q; tanquam adulterinus Aquilæ pullus conniuere/tantus á te splendor micantissimus effulget. Siue quantum in philosophia clarescas intuemur: siue quantum in Oratoria facultate præniteas admiramur. Q ui dicendi suauitate iucundissimus conciones plurimas admirabili omnium stupore peregeris: In quibus tu uere tonitrus/tu fulgura ciere procúldubio uidearis. Sed quid Poetices attingam laudem? quam utraq; manu tibi peculiarem adeo fecisti/ut de principatu apud te facultas Oratoria/neq; non Poetica decertet. Q uid præter hæc utriusq; musices absolutissima peritia? quod plæriq; cantus intonati concinnatissime testantur. Q uid consultissima iuris prudentia? qoid denique totius Encyclopædiæ non incuriosa cognitio? Q uid in Patriæ negociis obeundis sedulitas/perseuerantia/felicitas? unde fit ut prudenter suscepta tu plura feliciter confeceris/quam alii sibi demandari quęsierint. Hinc honorifice tot legationes Hispanæ. Lygusticæ. Insubres. Gallicæ. Impera-

toriæ. Pontificiæ. Hinc tot foris Magistratus amplissimi. Rauenna. Brixia. Cremona. Ferraria: & beata denium Creta: cuius incredibili omnium applausu Dux nuper es designatus. Hinc tot domi digna nones ornatissimæ. Tribunitia potestas, Conunctis præfectura, Collegii supremi ordo primarius: & plæraque id genus: ad quæ quotidie deposceris eximissime: quorum amplitudine uel singula declarare possunt. Accedunt his integritas, comitas, sinceritas, iucunditas: & orationis denique lepiditas tuæ: Quæ omnia tam tua sunt/quam alicuius singula. Quale constanter asseuerare possim/cæteros plærunq; laudari solitos/non quales sint/ Sed quales esse debeant: de te uero nihil præclare adeo dici posse: quod re longe præstantius non exsuperes. Sedenim ad eam unam sincerissimam humanitatem redeo: cuipossimum nunc innitor. Lex enim Homerica Deorum Heroumque laudes a patribus celebrare: Laudat enim (ut scis) Iunonem ab ulnis/a pedibus Thetiden/a pedibus rursum Achillem. Nos quoque iusticia/temperantia/prudentia/fortitudine q; quibus maxime polles: omissis, eam tantum humanitatem amplectemur: Qua te omnibus tam benignum/tam facilem/tam affabilem offers: Qua me puerulum olim ineptiolas quasdam acerbiores recitantem comiter audire dignabaris: osculo q; adhibi-

to / ut pergerem/suadebas. Hac ego nunc fretus/ temerarius forte supra quam par erat/libellum me= um tuo nomine decorare confisus sum: Q uod boni

spero consules/ęque atque summus ille

Demostenes mulierculas

non est uoculam

aspernatus.

Vale

IOAN. PETRI VALERIANI

LVSVVM LIBER PRIMVS.

AD HIER. DONATVM.

V. C.

d ONATOCVPIS OPTIMO
LIBELLE
DONARI, Eximium eligis
patronum:
Qui, præter generis decus superbi,
Et fortis bona: & inclytos honores,
Ornatissimus undecunq; fulget.
Qui Dux optimus: optimus senator:
Orator simul optimus: perenni
Doctorum celebrandus ore: quicquid
Mortalem licet assequi, assecutus
Est feliciter: ingeni relictis
Humani numeris, Deo propinquus.
Idcirco reuerenter hunc adito.
Sed cautus tamen ibis ad clientis
Docti iudicium Tryphonis ante
Quam tanti Domini manum fatiges.
Emunctus Trypho, & absolutus ille
Ille est arbiter, an suo patrono:
Cuius tam stomachum scit: ut suum met

Donet te, an procul exigat notatum:
Qui si te nitido probet lapillo,
Donatus probet, & probent camoenæ.

HERMOLAI BARBARI PICTVRA.

Peregrine, ciuis, nate in urbe, & aduena
Quicunq; adoras templa Musarum sacra:
Huc in beatæ, & si occupatus, Vrsulæ
Diuertec: cultum hinc a sinistra suspice
Inter sacratos hinc & inde Præsules,
In purpurata ueste nobilem Virum.
Quid fronte prima iam ominaris maximum?
Viua hæc imago est Hermolai Barbari.
Aciem sacrasti, ne profana uideris,
Candente felix ære lumen erue.

DE .PAV. CANALI.

Iuppiter ad Musas dilectum ostendite natum:
Quem merito superum gratus honore colam.
Confestim in medium prodit musa Attica. Paulum
Canalem ostendit delicium Aonidum.
Hic meus est, Ethrusca refert. Romana repugnat,
Esse suum affirmans. Lis grauis orta deis.
Consulitur Phœbus. placitum est audire canentem.
Is cecinit Græcus, Lydus, & Ausonius.
Tum Phœbus: non est, cuias sit, cernere: uerum
Ominor hunc fratrem, Iuppiter esse mihi.
Iuppiter huic. Verum, nam te suprema colente:
Qui coleret terr as, Phœbum alium genui.

DE LVMINIBVS DAPHNIÆ.

Vespertina meæ lumina Daphniæ
Respleᶇdeᶇt, rutilo sidere ut Hesperus.
Matutina meæ lumina Daphniæ
Fulgent, ut nitida lampade phosphorus.
Opportuna meæ lumina Daphniæ
Demulcent, radiis Phoebus ut aureis.
Importuna meæ lumina Daphniæ
Icunt, ut celeris fulgura fulminis.
Nobis ergo meæ lumina Daphniæ
Sunt fulmen, Clarius, Phosphorus, Hesperus.
Vt fulmen penetrat corda perenniter:
Succis Phœbus adest auxiliaribus.
Mane aspecta diem mi placidum exhibent:
Noctem uisa ferunt uespere caodidam.

DE .IX. LYRICIS IN LAVDEM IOAN. AVR. AVGVRELLI.

Præter rotuodi uim fluentem Pindari,
Antiqua Olores octo tollit Græcia.
Suaui canentem barbito Simoniden.
Et personaotem molle Bacchyliden lyra.
Anacreontem uoce persuasoria.
Captaotem Homeri dulce Stesichorum melos.
Sparsum cruore Lesbium Tyrannico.
Sapphúsq; pecten alterum Lesbi decus.
Alcmana tenero præferendum carmine.
Lasciuiori floridum uersu Ibycum:
Quorum peremptis inclytis laboribus,

Vno Augurello:quem uidet/legit/colit
Cohors latina:fido, & acri examine.
Vetustiorum damna abunde pensitat.

PONTANI TVMVLVS.

Scriptorum uenerabilis Magister
Pontanus cubat hic Viator:illum
Commentus bona uerba forte adores.
Ne fac:huic mala quin precare multa,
Omne ut sustulit Aonis decorum.
Nam dum tam bene scribit/ad'que amussim
Æquat omnia:perpolitq; ad unguem
Quauis arte:decore'q; absolutus:
Ne sit spes tenus ulla prodeundi:
Secli pernicies fuit sequentis,
Nemo scribere ut audeat nepotum.
Qum pacem huic/bona quin precare/libans
Thus:costum:uiolas:crocum sepulcro:
Qui dum tam bene scribit/ad'q; amussim
Æquat omnia:perpolitq; ad unguem
Quæ obsoleuerat ars:decorq; recte
Scribendi:auspiciis renidet huius:
Nostra ætas ueteres ut æmulari
Et possit simul:& simul præire

HYPOGRAMMA SERVATORIS

Bonum benignus omnibus
Salubre do petentibus/
Simulq; non petentibus:
Malum:neq; id petentibus.

MARVLLVM IN ARNO MORIBVNDVM. CONSOLATVR

Cur adeo fluctus contra conaris? In undis
Oppetiisse horres cur Elicone satus?
Igneus ut gelido uigor extinguatur in Arno
Forte times? atqui/sæpe fit ignis/aqua.
Non hoc/inquis/habet male me: quod miles/& acer
Sim/doleo: sub aquis militem obire pudet.
Ah ne indigneris/miles licet impiger/astra
Hac peruulgata fortibus ire uia.
Hac pius Æneas/& bello magnus/& armis/
Hac Romæ fertur Romulus ipse pater.
Sfortia summus honos belli/inuictúsq; Robertus,
Hac, qua tu, ad superos transiliere polos.
Debentur cœlo fortes: cælo ignis, & aer,
Vndáq; supposita est: Infima terra tenet.
Scandenti á terra ad cœlum stat limes in undis
Primus: age hac cœlum scande Marulle uia.

DE IO. SVLP. VERVLANO AD CAMILLVM CAPILISTAM.

Q uem tradas puero tuo legendum
Q uæris Grammaticum Camille, iuris
Prudentissime doctor utriusq;
Frenato ut ualeat stilo, ut soluto
V t compta, & lepida latinitate
Sit cultus, speciosus, expolitus:
Petro Sulpitium dabis legendum:
Hunc discat, repetat, frequentet unum.

Huic sermo grauis, elegans, latinus:
Huic Ars perbreuis, erudita, fida:
Hic quantum satis est docet. molestis
Non ambagibus implicat legentem:
Non incondita, & exoleta quædam
Ostentat. nitidissimus magister
Scitu nobile quicquid est reponit.
Demum, tempora nostra quo laborant,
Hic hic iudicio ualet peracri.

DE. I. PARRHASIO.

Parrhasius q̄tum picturæ contulit olim,
Parrhasius noster contulit eloquio.
Ille fuit celebri deductus origine Phœbi:
Hic genus unde trahat, scripta diserta monent.
Ille suos uelat tenebris ex arte labores:
Hic aperit clausum quicquid erat tenebris.

AD BERNARDINVM CAMVSIVM.

Dacnon Camusi nugulas carpit meas;
Quas æmulatur sedulo.
Insanit, aut est omnium uafertimus:
Qui tam scienter desipit.
Sed esto carpat usq;, & usq; dum illius
Nos laudet æmulatio.

AD BERTVTIVM SVPERAN.

Quod celeri tibi sæpe fides sub pollice fracta est:
Siderei euenit numinis inuidia.
Bertuti satis est phthongos æquare super nos,
Ne superes/par, & Dii uetuere, polos.

AD FLAMMINIVM VIVVM.

Hem quot nunc homines boni feruntur:
Qui quum plurima scripsitent/utroque
Dicendi modulo pedestri/equestri:
Ipso iudicio tamen laborant:
Quod primum cauere eruditum oportet.
Sunt qui iudicio ualent seuero,
Verba & singula pensitent ad unguem:
His dicas uideo eruditius nil.
At miror uale as uidere nunquam
Horum uersiculúmue, epistolámue:
Thesauris sedenim incubant repostis:
Mox cum funere litteras sepulcro
Condunt immeritas/& omne nomen.
Raro Iuppiter uni utrunque donat.
Quid censes bone Flammini experiendum?

CLYTÆMNESTRA AD. F.

Quo, quo machæram diriges?
Vtero/an mamillis? is tulit
Te, nutrierunt alteræ.

AD EGNATIVM BAP.

Incorrupta cohors Iuuenculorum,
Nec non sobrius ordo grandioris
Ætatis, Veterum caterua prudens
Defunctum modo Prunulum dolebant/
Musarum, & studii unicum parentem:
Sed postq̃ rediturus in supernas
Auras prodiit, ob tuas Camœnas

Longe clarior, optima sacerdos
Egnati grauis eruditione,
Quantum uix alius sit Italorum.
Cuius scripta decora per disertas
In casura uolant manus, libenter
Emunctis quoq; naribus legenda:
Quis non uiuere Prunulum fatetur?
Æterna & potius die perennem.

AD DAPHNIAM.

Quum te oculis uideo mea Daphnia, sum Iouis ales,
Vt nequeam á grato Sole mouere oculos.
Dum moror obtutu, languescunt lumina, hebentq;
Vt Vespertilio ferre aciem nequeo.
Luce tua interdum sic gaudeo: ut auferar, atq;
Vrar, uti circum lampada Papilio.
Mox Salamandra herens oculis intentus in ipsis
Fio, ignisq; tuus, me prope eunte, perit.
Nec Salamandra tamen fio. riget illa: ego in æstu
Ardeo, solam atræ uim Salamandræ haben.

IN ROSAM ANT. FRAGRAN.

Fragrantiani quæ tegis manum Rosa,
Dum summa cœli contuetur semina
In appetentis ora massæ hiantia
Delapsa, rerum tot nouatus edere:
Des, an receptes inde odorem, nescio.
Si das, ab almo consecuta es phosphoro,
Quem strictiorem mane fundit spiritum:
Sed ore Phœbi, quem receptas, defluit,

Et ſummi odorem contrahit ſecum Iouis/
Rerúmq́ carpit omnium fragrantiam:
Humana coniectura quas uix concipit:
Fragrantiano nomen unde eſt inditum.

IN MERACVM ET DILVTVM.

Ardentem ex utero Semeles lauere Lyeum
Naiades/extincto fulminis igne ſacri.
Cum Nymphis igitur tractabilis/at ſine Nymphis
Caodenti rurſus fulmine corripitur.

AD. IO. ANT. MAROSTICANVM

Doctrinæ mihi conſcius puſillæ/
Nomen PIERII: quod abnuenti
Doctorum indiderant mihi Cohortes/
Nunquam admittere ſiſus/ abnegabam.
Sed poſtq̃ ex tabulis uetuſtiorum
Vatum perdidici Maroſticane /
Vt mutato habitu, profeſſione,
Victu, & nomine/ſępius minuſter
Mutetur Geniiſq́/uiſq́ cæli:
Cur: quod debueram uel impudenter
Vſurpare: datum omnium fauore
Audacter uerear meum tueri?

ZENODOTI PROBLEMA SOLVIT.

Propter aquas flammæ Dominum non fixit amorem,
Extingui hos ignes quod putet ullus aquis.
Sed, quia uiſceribus ſuccenſis/unda ab ocellis
Liquitur, eſtq́ ſimul flammę/& aquę Dominus.

IN SODALES

O felix totus, O beata mensa:
Quam tot suauiloqui beant Poetæ:
Quam tot Socratis æmuli frequentant.
Canalis, Citharæ decus supremum,
Cultus Nauiger, elegans, canorus.
Emunctus Trypho, perpolitus, acer.
Motensis uehemens, & eruditus.
Expromptus Maro, floridus, decorus.
Borges grandiloquus, uenustulúsq;
Nardinus grauis, Integer, seuerus.
Comis Lampridius, facetulúsq;
O felix torus, O beata mensa:
Verum, ut sit numero undecumq; felix,
Musarum numero decenter aucta,
Donec, quæ mereat, sequatur umbra:
Nonum admittite nunc Valerianum.

IN ZERBI MEDICI CEDEM.

Dum saciare pio fauces in sanguine Turcus
Ardet: & in cassum sępe repulsus abit:
Perfidus allectum Zerbum Iugulauit, & ictu
Sic uno extinxit millia multa hominum.

IN PLATONIS CAPVT.

Produxit Æsculapium mortalibus
Apollo, corpus ut foueret languidum.
Dehinc Platonem protulit sanctissimum
Animum ut foueret, & beatum redderet,
Qui mox, peractis lege nuptus sua,

Afcendit Vrbem:quam fibi conftruxerat,
Et'collocarat in pauimento Iouis:
Nobis relicta,quam uides,imagine.

AD ROSINAM.

Es Rofa,ferfq; rofam rofea pro fronte ligatam,
Indicium rofei uerticis ipfa rofa eft.
Vnus odor flori,& fronti,color unus,& unus
Eft decor,amborum uita eadem,ut fapias.

DE ANDR. MARONIS EXTEMPORALI TATE AD DANTEM .III. ALIG.

Opportunius ecquid effe Dante,
Aut quid commodius poteft uideri?
Te inquam,te Aligero,optimo Poeta,
Et ciue optimo,& optimo Patrono:
Q uo Verona diu beata uiuat.
Tu nunq̃ Aureolum petis receffum,
Q uin tecum Aoniæ fimul puellæ,
Q uin tecum Aonii fimul Poetæ
Cócedant,& Apollinis fupellex.
Deprompta propria penu tot affers,
Atq; hæc qualia Iuppiter fupreme.
Deprompta alterius penu tot affers,
Atq; hæc qualia Iuppiter benigne.
Vt addis mihi nunc mei Maronis
Tam fuaues Epigrammatum lepores:
Q ui lectus placuit tibi,& relectus.
Q uid fi illum audieris:uelut fodales
Octo audiuimus optimum fodalem.

Nos audiuimus: audit hunc & omnis
Doctorum manus in dies, canentem
Mille ex tempore carmina erudita:
Quis nil sit lutulentum, inexpolitum:
Nil absurdum, & inane, nil hiulcum,
Tanq̄ Virgilii mora: & labore:
Tanq̄ tempore culta sub nouenni,
Tunc tu pollice utroq;, tunc Maronis
Affirmes bene nomini euenire:
Quando quod ueteri abfuit, sed unum,
Prælarge nouus hic Maro rependat.

EX TVLLIO.

Improbus omniuorusq; Sorex: qui nullius amens
Decipulæ trepidus morte lucella parat:
Neruiloquam Phœbi ebordam corroferat: illa
Contracta, elisit guttura prehensa feri,
Quid Phœbi certos arcus miramur: In hostes
Cuius certa etiam tot queat arma Chelys.

BERNARDI RVBRII EPIS. MVNVS.

Quis me puniceo colore uestit?
A' collo incipiens manus ad usque,
A' mento incipiens pedes ad usque,
Musarum chorus: & chorus laborum,
Sic sic nox uigilata sic quiescit:
Sic nunc auspice Rubrio Poetis
Curtas utile sit secare noctes:
Ex quarum tenebris color resultat:
Qui cœli superat decus sereni,

LVSVS

Dum serta texo, nactus
Inter rosas Amorem.
Hunc pinnulis prehensum
Mersi in Falerna. moxq;
Omnem ebibi liquentem:
Qui nunc meos per artus
Pennis titillat udis.

PROLIXITATEM NON INCONGRVAM HENDECASYLL·

PONTANI Hendecasyllabi notantur:
Vt qui nil habeant Catullianum:
Vt qui luxurient nimis, licenter
Centenis quoq; uersibus redundent.
Si legem inspicias sacram Platonis,
Funebres Q uerimoniç quaternis
Sunto uersiculis. Sed ut Phylætas,
Sed ut Callimachus, Propertiusq;
Necnon Albius, atq; Naso, uoti
Sensum hoc carmine compotem attulerunt,
Accreuit numerus, decor, uoluptas.
Vt incultus ager prius uirenti
Tantum gramine pensionem habebat,
Vt mox imposita est seges, nec una,
Mox intersita uitium propago,
Infossa & pirus omnis, omnibusq;
Al ç marginibus nuces obumbrant/
Iam censum domino aggerat/petendus

Non tantum pecori, ut prius, sed ipsis
Iumentis, Auibus, Viris, Deisq;.
Sic olim Hendecasyllabi: Catullus
Quos Princeps decorat: breues fuerunt:
Postq̃ cognita uis, lepórq; in illis/
Indultum ingenio est, patentiori
Decursum spacio, procaciori
Lasciuitum animo. Quid inuidendum,
Vt conuiuæ aliquid sapit palato,
Id non ponere lautiore Quadra.

SENTENTIA.

Si cum labore quidpiam recte egeris:
Labor recedit, facta recte permanent.
Quod si iocose nequiter quid egeris,
Abit uoluptas, turpe factum permanet.

MATTH. BINNVM ET NIC. ANGELICVM SODALES ALLOquitur.

Albine, Angelice unici Sodales/
Ambo culti animo probo, & modesto/
Ambo simplicitate liberali/
Ambo moribus optimis decori:
Vos hic caræ animę/seueriori
Addictæ Sophiæ/grauem Mineruam
Feruenti studio coletis/inde
Solamen genitoribus cupitum/
Et uobis decus/& perenne nomen/
Atq; ingens mihi gaudium daturi.
Me Mons Aureus auocat/peculeas

Ad Phœbi choreas, leuesq; nugas:
Quando non licet, id ita appetenti,
Vobiscum Sophiam sequi beatam/
Aduersante Necessitate dura.
Ergo inglorius inter ociosos
Versatus Satyros, Chorosq; agrestes
Erumnas studio meas inani
Flebo illic/ meditabor/ & reponam
Vos nostræ memores sodalitatis,
Si sincera animi fides probati
Incorrupta manet, iocosa nulla/
Nulla & seria uerba conferetis
CAMpagnæ lepida accinente Musa,
Quę non accipiant Valerianum.
Nam: qui uere amat/is procul reposto
Absit corpore quo magis, magisq;,
Præsens mente aderit magis/magisq;,

ANT. MERIBARBVM AD MVSAS REVOCAT.

Tune igitur sacrum linques Meribarbe uigorem/
Ingenii extinguens fulgura clara tui?
Ille igitur nitidus dicendi candor abibit?
Et suauis Lydi carminis ille decor?
Illa igitur tantos amittet Morula fastus,
Morula carminibus nobilitata tuis.
Omnia surripient damnosa uolumina legum:
Quæ tor ab inceptis surripuere bonis.
Incusas querimur nostri cur temporis artis:

Si nequit ingenio surgere quisq; suo?
Hic petet extremos Arabes, Helicone relicto:
Ille Caledonias raptus adibit aquas,
Hic citharis ad fœda cadet Clysteria missis:
Spe'q; auri toties Aurea uena perit.
Improba sic magnis sitis hæc conanbus obstat,
Nec datur accepti sideris orsa sequi.
Tu tamen, inuito nonnunq; Patre, licebit
Clam, quæ te sequitur gloria, respicias.
Sæpius horridulis chartis defessus, amicos
Pieridum cantus, plectra'q; amœna peras.

HIER. ALITHEI PICTVRA.

Non quequam ex hominum choro referre
Mondella hic studuit: sed appetebat
Virtutem exprimere integram, absolutam:
In quo dum studiosius laborat,
Imprudens Alitheon ecce fecit.

IN ARGONAVTICOS EGNATII COMMENTARIOS.

Quum nauigarunt Thessali primum Duces
Ignota Ponti littora, & ditem Cytam:
Vix attulerunt inde uellus unicum,
Argoa quicquid consequi potuit ratis.
Nunc orbe toto puppe uiso, & cognito,
Et multa uectant uellera, & multas opes:
Quales dat unda Rubri, & Indici maris,
Arabsq; felix, & beata Persia,
Vnguenta Nardi, Balsamiq; Hedismata:

Quicquid uoluptas delicata congerit,
Gemmas, odores, uniones, thus, ebur:
Et quicquid æris æstimatur plurimi.
Has assequuntur nunc opes, lætissimi:
Egnatiana quos carina uexerit.

IN PAVLI CANALIS OBITVM.

Ingentem Italiæ cladem Fortuna parabat
Horrida, tormentis, igne, cruore furens:
Sed, primi postq̃ frustra cessere tumultus,
Canduit, & maius pectore mouit opus.
Torua itaq; Euganeas deflexit lumina ad undas:
Plurima qua Adriacis Insula surgit aquis.
Hic uidet Aonia Canalem Cuspide Paulum
Barbara sollicita uertere castra manu:
Nec mora, quin totum Veneto subiecerit orbem
Doctrinæ, aurato bella tridente gerens.
Tum secum. Veneti populis dant iura subactis,
Iura quoq; ingentis, eloquio'q; dabunt:
Hoc saltem prohibebo decus: simul improba Paulum
Excipit, hæc uicit, cedite iam Veneti.
Euganeam indepti totam, amisistis in uno
Atticum/Idumeum/Romuleúmq; solum.

AD FRAN. PHILOMVSVM.

Si non uis Philomuse nos adire,
Distentus studio negocioso:
Dum Rhetor nitidissimus latinum
Veronam eloquium doces amœnam,
Te nostri fluuii Aliles adibunt.

Nam quosdam tibi Gammaros parauit:
Qui antrorsum ueluti natant/ retrorsum
Veloces redeunt/pauore abacti.
Octonis pedibus, rubente testa,
Binis bracchiolis, minacibúsq;
Et qui forcipibus caput minutum
Dentatis bene muniunt, fouentq;.
Turba est mascula grandiore Chela
Contra fœmina grandiore cauda.
Atq; hæc nobilis arctiore Chela/
Atq; hic nobilis arctiore cauda.
Scin' quo prorsus honore censeantur?
Si Pepo fluidam relaxet aluum/
His uis sistere largius citatam.
Ad morsum rabidæ canis medentur:
Atq; ad uipereos medentur ictus.
Scin' doctis rabidas Canes nocere?
Scin' doctis quoq; Viperas nocere?
Nos (inquis) studio uacamus/atq;
Cura est, & stomachi, & cerebri habẽda
Hi semper stomachũ/caputq; lædunt.
Id præstant reliqui. Aureis in undis
Quicquid nascitur: utile/& salubre est.
AD AVG. DONATVM. HIER. F.
Donate amice: qui disertæ Pallados
Cultor quirinã, & atticã Musam tenes/
Nixus paternis firmiter uestigiis:
Vt qui potenti stirpe cedis nemini/

Sic eloquenti dote cedas nemini.
Vrbanus ille Patruus carus mihi:
In me educando qui uicem patris gerit,
Cliens parentis perstitit semper tui/
Tuusq; semper illius fautor parens,
Nos æmulari par eorum semitam:
Ideo'q; iure hereditario/licet
Vterq; uiuat, sitq; uicturus diu,
Tu me Clientem, ego te Patronum postulo.

BERT. SVPERANTIVM AD PHILOSO. ADHORTATVR

Incipit oppositam pedibus qui tepere molem,
Eximio superat grande labore iugum.
Vt tenet aerei placidissima culmina montis,
Languida felici membra quiete leuat.
Pastus amaricem rigidæ radicis acerbam,
Molliculi glutit dulcia mella Faui.
Hoc Sophiæ asperioris iter Superantule: pergas
Dummodo/post fellis pocula nectar habes.

IN PRISCVM.

Quod non Historias remotiores,
Non incognita uerba/& exoleta/
Non sensa ex penitissimis figuris:
Quæ uix Delius eruat natator:
In nostro facilis feram libello.
Sed quæ quotidianus usus affert:
Sed quæ temporibus Terentianis/
Sed quæ temporibus Maronianis/

Atq; infra placitum legi/parumper:
Eneruem, & uietum exigis libellum:
Ostentasq; tuum/asserisq; sensa.
Que non explicet Oedipus tenere/
Cecis impenetrabilem magistro/
Euandri uetus idioma habentem:
Sic neruum, & ualidas habere uires:
Heracleitus ita asper: & Lycophron,
Nec non Phestiadæ cuius Poetæ.
Erras Prisce, nimis disertus, erras:
Vt dicam tibi dicta sobriorum
Quo quis doctior, Eruditiórq;,
Hoc emunctior est, apertiórq;:
Qualis Tullius/& Maro/& Tibullus.
Sed quo infantior, Imperitiórq;:
Hoc obscurior, exoletiórq; est:
Qualis tu, & similes tibi irrudito,

AD MARCVM.

Doctorum numeros Phalæciorum
Primos Marce quod inchoas choreo,
Heroo, Tribracho, Molosso, iambo/
Et quouis pede uel licentiore:
Iactas te fieri Catullianum,
Nil habens lepidum/& Catullianum.
Sic noctes igitur meraciore
Si produxeris ebrius Falerno,
Iactes te fieri Catonianum,
Nil habens tetricum, & Catonianum.

AD ALVISIVM PHOSCHARIN NICOLAI. F.

SVMmorum Aluisi proles generosa parentum,
Phoscareo'q; magis nobilitata Duce:
Vt taceã illustre'mq; patrem, illustre'sq; propinquos
Diuitiis, rebus, fascibus, ingeniis.
Incrementa tuis maioribus ampla daturus
Surgis, honorato conspiciende loco:
Quando tibi celebres Iuueni largitur honores
Patria grata: Viro qualia danda forent.
Perge igitur, quo te uirtus uocat inclyta, felix:
Accrescãtq; Seni singula prō meritis.

DE IO. BAP. SCYTHA.

QVI Linguæ columen fuit latinæ,
Præstans ingenio, disertus ore,
Quæris, cur SCYtha dictitatus esset,
Exponam breuibus, nitere cultum
Peligni eloquium disertioris
Eiusdem facilem modis auenam,
Diuinum ingeniū boni uigorem,
Illi sobria turba iudicauit
Doctorum: simul omnibus Poetæ
Persuasum est animam sacri nouatam,
Verum; quum Scythica sepultus nra
Naso olim fuerit, probatus hæres,
Illinc ceu rediuiuus aduolasset,
Nomen de Scythia Scythæ recepit:
Qui linguæ Columen fuit latinæ.

CÆCILIÆ BATrallæ Lapsus ad CHristoph.
TROTium eius fratrem.

Stat uetus,& longum sine tecto exposta per æuum
Trotte domus,bellis depopulata feris.
Cæcilia hic ubi cara soror tabulata pererrat
Dum malefida,aucto pignore iam grauior:
Cessit putre solum pedibus,tabula'q; labantes:
Hæc ruit:& pessum fœmina ad usq; cadit.
Embryon ecce locis sese exporrexit in imis,
Sustinuitq; pius tam graue matris onus.
Qualis erit:matura uiro si accesserit ætas:
Qui cepit,neq; adhuc editus,esse pius?

IN CELEBRES MENDICOS.

Quærens edaci corpori uagus cibum
Claudum ferebat cæcus,illi fœnerans
Pedes,ab illo fœneratus lumina.
Quid non egestas dura mortales docet?

AD IO.GEMMOSUM BELLUN.

Pro strena illepidos tibi dicaram
Quosdam uersiculos,nec elegantes:
Tu sex Aureolos mihi dedisti
Gemmose æquiperande Pollioni:
Et,pergam,modo,plura polliceris.
Hoc glaucum superas,quod ille ferrum
Donati precium recepit auri/
Tu chartas recipis leues,inanes.
Glaucus stulticia fuit furenti/
Tu miti pietate liberalis:

Hunc causis superas duabus ergo/
Quod nil accipis/& scienter offers.

CVPIDO FONTANVS.

Aqua hęc: perenni quę redundat flumine:
Non est, ut ominare, uenis eruta:
Non fistulatum raptus humor pensilis:
Non per meatus lympha subterraneos
Emissa plumbo prosilit foratili.
Sed ex amātum lacrymis: quas improbus
Pascit Cupido: manat unda iugiter.

AD VIRG. ZAVARISIVM.

Intra tempora nostra si leporem
Nostris carminibus sat approbatum
Adscribas bone Virgili: erubescam/
De parci mihi conscius uigoris:
Nedum carmina te feram superbus
Antiquis mea comparare chartis.
Tali Hector licet ore gaudibundus
Laudari uelit. EST ENIM Beatum
Laudato ex hominū ore habere laudem.
Tam me non tamen approbes amanter:
Quem Neuus cruciat maligne iniustus,
Verum laus iugulat data immerent.

SIDERA NON FALLACIA

Casurum ab alto Prӕsulem quendam Magus
Cœli peritus dixerat
Ille, ut caueret, infimam partem domus
Descendit: & totum diem

Humi iacebat, irritas demum ratus
Vitare siderum minas:
Sed ecce sero nuncius crepusculo.
Episcopatu rettulit
Fuisse trusum, tum miser clamans/ait/
Cecidisse non poteram altius.

AD TRYPHONEM DELMATAM

PLVrimum celebras Agrestianum/
Laudans nobilium genus parentum/
Laudans ingenium Attico/& Latino
Excultum eloquio/atque dignitatem
Vultus eximiam/uale usque pectus:
Prudentem/facilem/pium/modestum,
Virtutis nitidum inclyte sacellum,
Demum dotibus omnibus decorum,
Et centum iuuenem artibus rotundum:
Quid tanta accumulas Trypho: tot uno
Verbo claudere, si potes uenuste?
Est DITISSImus, hoc satis superque est.

IN ODOR· FRAN· PERSICINI
C· BELLVN· OBITVM·

Perfice docte iaces. Musis quid fiet amoenis,
Te solus duro tempore habere patrem?
Quis tibi feruenti studio sermone focillet,
Muneribusque datis excitet ingenia?
Quis tam erit expositus patriae, tam gratus amicis
Quis modus in magnis rebus habendus erit?
Proh dolor, O populi fatum lacrymabile nostri.

Fulgebas patriæ tu decus omne tuæ.
Tu tamen ætheriam felix elatus in aulam,
Exigis ingenii præmia larga tui.
Nos laceri crines tũdemus pectora palmis,
Q ui esti iacturæ tristia damna grauis.
Sicq; diu penitus nostris infixe medullis:
Q uo licet in terris nomine uiuus eris.

DE CYNTHIO ANCONIT·

VT fronte uidi Cynthium prima, Virum
Tanto decore præditum,
Formositate corporis: qualem patres
Phœbo fuisse prædicant,
Illi putaui nomen ex forma inditum:
Q uę sic referret Cynthium.
Vt culta legi scripta, uersúsq; illius:
Q uales Apollo fingeret:
Errore demum cognito, nunc assero
Eum esse uere cynthium.

AD OCTAVIVM STEPHANIVM IN FABIANVM ILLVD, ORAM SOLVENTIB. B. P.

Infelix nunquam Fabius de litore soluet:
Duro adeo Octaui est fune ligata ratis.
Explicuit nondum quisquam soluentibus oram:
V sq; adeo á uariis nexibus implicita est.
Extricare uolunt multi quam carbasus oram
Colligit, & nondum hæc uela tumere uides.
Litore ceu soluant, alii soluentibus ora

Ore fauent, uincta at puppis adhæret humi
Ille, precemur/ait/facilem soluentibus auram:
Soluenti hæc nunq̃ sidera læta micant.
Soluere lora uolunt quidam. soluentibus obstat
Obtortus nodo funis inexplicitu.
Qualis Sangaria nodus Iouis æde pependit:
Cuius erant Asiæ subdita fata globo.
Rumpite iam Nautæ funem: si soluere non est.
Rumpet Alexander: soluere si nequeat.

OCTAVIVS STEPH. LECTORI.

QVIA Supererant duæ pagellæ/nequid uacaret/apponere libuit monosticha In Iliados Ho. Periochã ab eodẽ Pierio latinitate donata/græcis appositis uersib' ut/an æquarit/an superarit promptum esset omnium iudicium: quod non iniocundum lectoribus corollarium iudicaui.

Ἄλφα λιτὰς χρύσου, λοιμὸν στρατοῦ, ἔχθος ἀνάκτων
Ἄλφα preces Chrysæ. pestis. Regũmq; furores.
Βῆτα δ' ὄνειρον ἔχει, ἀγορὴν, καὶ νῆας ἀριθμεῖ.
Somnia, Consilium, dein classem Βῆτα recenset.
Γάμμα δ' ἄρ' ἀμφ' ἑλένης οἴοις μόθος ἐστὶν ἀκοίταις.
Γάμμα Helenę causa solis est pugna maritis.
Δέλτα θεῶν ἀγορὴ, ὅρκων χύσις, ἄρεος ἀρχὴ.
Concio Δέλτα deum. Irrita fœdera. martis origo.
εἶ βάλλει κυθέρειαν ἄρηά τε τυδέος υἱός.
εἶ Venerem & Martem Tytidæ uulnerat ictus.
Ζῆτα δ' ἄρ' ἀνδρομάχης τε καὶ ἕκτορος ἔστ' ὀαριστὺς
Peplũ adhibẽt. Hector cum cõiuge Ζῆτα queruntur.

ἦτ' αἴας πολέμιζε μόνῳ μόνος ἕκτορι δίῳ

ἦτα duo tantum decernunt Hector, & Aiax.

θῆτα θεῶν ἀγορή, τρώων κράτος, ἕκτορος εὖχος.

Concio θῆτα deum. Troum uis. strenuus Hector.

Ἐξεσίη δ' ἀχιλῆος ἀπειθέος ἐστὶν ἰῶτα.

Æacides donis non exorandus, ἰῶτα.

κάππα δ' ἄρ' ἀμφοτέρων σκοπιαζέμεν ἤλυθον ἄνδρες.

Exploratores, & Rhœsi funera κάππα.

λάμβδα δ' ἀριστῆας δαναῶν βάλον ἕκτορος ἄνδρες.

λάμβδα uiros feriunt præclaros Troes achiuum.

μῦ τρώων παλάμῃσι κατήριπε τεῖχος ἀχαιῶν

μῦ, Troum manibus uertuntur castra Pelasgum.

νῦ ποσειδάων δαναοῖς κράτος ὤπασε λάθρῃ

νῦ fessis uires dat clam Neptunus Achiuis.

ξῖ, κρονίδην ὕπνῳ λεχέεσσί τ' ἔπαφεν ἥρη.

Sopit Iuno Iouem. ξῖ. Aiax petit Hectora saxo.

οὖ κρονίδης κεχόλωτο ποσειδάωνί τε καὶ ἥρῃ.

οὖ capit ira Iouem. defendit Troas Apollo.

πῖ πάτροκλον ἔπεφνεν ἀρήϊον ἕκτορος αἰχμή

Sarpedon Pátroclo. πῖ. Pátroclus Hectore fossus.

ῥῶ δαναοὶ τρῶές τε νέκυν ἀμφιμάχοντο.

ῥῶ Danai'que Phryge'sque diu pro corpore pugnant.

σίγμα θέτις ἀχιλῆϊ παρ' ἡφαίστου φέρεν ὅπλα.

σίγμα Thetis parat arma graui Vulcania nato.

ταῦ δ' ἀπέληγε χόλοιο, καὶ ἔκθορε δῖος ἀχιλλεύς.

Ira. ταῦ. posita Pelides emicat acer.

ὖ, μακάρων ἔρις ὦρτο, φέρει δ' ἐπὶ κάρτος ἀχαιοῖς

ὖ superum motus, graium uis, & fuga teucrum

φῖ. μόθος αἰακίδαο παρ' ἠϊόνας ποταμοῖο.
Ad fluuii ripam. φῖ. bellum fortis Achillei.
χῖ. δ' ἄρα τρὶς περὶ τεῖχος ἄγων, κτάνεν ἕκτορ' ἀχιλλεὺς
Hectora ter circum muros. χῖ. perdit abactum
ψῖ. δαναοῖς ἀγῶνα διδοὺς ἐτέλεσσεν ἀχιλλεὺς
Ad tumulum Æacides. ψῖ. ludos ponit amici.
ω. πρίαμος τέκνυ υἷα λαβὼν γέρα δῶκεν ἀχιλλεῖ
ω. Priamo corpus precio uenundat Achilles.

Αὐτοῦ τοῦ ποιητοῦ ἀνάθημα.

Ἄρεϊ πάντα λάφυρα πατρῶν μοῦ ἶφι θανόντων
αἱματόεντ' ἐθέμην ἀπὸ πτόλεμος γεγαὼς
δούρατα, καὶ κώνους, κὲ ῥυάς τε, καὶ ἀσπίδας, ὅπλα
ἀμφίδρυφ' ἀνδρῶν ἐλλυμένων τέ μισιν.
οὐ μὲν ἐνυαλίου θεράπων ἐγὼ εὔχομαι οὔλου
ἔμμεναι, εἰμὶ δ' ὑλου λητοΐδου θεράπων.
βιβλία, καὶ κάλαμοι, χάρτης τε μοὶ ὅπλα μέμηλε
ἐσιδὲ τοιούτοις φοῖβος ἀρισκόμενος.

Εἰς ἄμπελον.

Κεῖνος ἀριστεύσασκ' ὁπότ' ὄφθ' ἐν ἔμφακα μισῶν,
ὃς βάλε τὸ σκύβαλον κ' ἀμιδαῖς χαμάδις,
καὶ κ' ματάδ' ἐξέταμεν καὶ ὅλους βλαστοὺς ἀπὸ ῥίζης,
ὃς τὴν αὐξομένην ἔσβεσεν ἀφροσύναν.
τοῦ δέ τις οἰνοβαρὴς διὰ πώματος, ἢ πρὸς ἄρηα
ἢ λυσσᾶν, ἢ αὐτὸ τάχα λέληθε πρέπον.

τέλος.

IOAN. PETRVS VALERIANVS ANDREÆ GRITTEO SENATORI VEN. ET DIVI MARCI PROCVR. PIENTISS.

S.

q VOD Leni parentes ingenio facere consuerunt, Beneficentissime mi Mœcenās, ut peregre profecturi liberos suos iis potissimum commendent: apud quos lenem, ac liberalem sperare possint illis futuram educationē, idem ipse Patauio profecturus, idest musas ipsas, necessitatis ui: cui neque Dii repugnare possunt: intermissurus, effeci. Fœtibus itaq; meis, utcunq; sint, aliis aliorum curæ demādatis, aliquot etiam tuo, & Francisci tui patrocinio cōmendare præcipuum iudicaui. Vt qui parētem olim susceperas educandum, eiusdem natos modo suscipias protegendos. Qui gestire mirum in modum uidentur, apud te Patricium splendidissimum hospitaturi: in cuius contubernio fere omnes nati sunt: ubi admirabilem tuam erga omnes benignitatem intellexerunt. Conscii præsertim sibi, quanta lenitate me,

hospitio tuo susceptum, non uti Clientem, Sed ut Franciscum tuum, illum inquam tuum absolutissima integritate adolescentem, tractaueris, Omne porro studium, omnem diligentiam, opem omnem mihi studio que meo, perquam officiose, benigne, liberaliterq; suppeditaueris. Nec uero minor fuerit Frācisci filii tui benigniss. in me demerendo, liberalitas: Ac Paternę propemodum uirtutis concertatio: Quē licet litteris mihi erudiendum tradidisses: Quod tamen illius est iudicium, quæ sinceritas, quæ prudētia, rerumq; mearum magistrū habui, Quare mihi persuasum est, natos apud eos feliciter acturos: apud quos pater egerit felicissime. Præterea mouet me summopere Xenophontis, & Platonis de Socrate testimonium: Quem referunt sola præsentia multis profuisse. Delitescit utique in humanis corporibus uis quædam illapsa coelitus: quæ clandestina, propinquos exhallatione fortunat. Non secus ac Iris locum, in quē decubuerit, odoratum facit: quin & arborem totam, cuius radices attigerit, Quocircā, ut mihi plurimum contulerit apud talem, tantūq; Senatorem adolescentiam egisse: ita Libellis meis magnam spero celebritatis accessionem fore: quod nomini tuo dicati sint: quo nihil hoc æui magnificentius inuenitur. Qui uirtutibus omnibus ornatissimus nobilissimam Grittææ domus Antiquitatem in dies magis ac magis illustras. Qui Regia formosissimi corporis proceritate, effigie que Spectabilis, amorem: & obseruantiam erga

te omnium excitaris ingentem. Qui Splendore: magnificentia, liberalitate'q; clarissimus in oculis omnium ferris. Qui iustitia, prudentia, temperantia, fortitudine'q; precipuus, tuorum Parentum praeclarissimas res, terra, mariq; summa laude gestas non aequare tantum / sed exsuperare summo studio niteris: Cuiusmodi exempla ante oculos omnium adhuc versantur. Dum non immemores esse possumus, quanta tu caritate Patriam sis prosecutus: pro cuius emolumento, non labores tantum intolerabiles subieris: non pericula tantum formidabilia despexeris: non opulentas tantum fortunas amiseris: sed & uitam ipsam, apud Turcarum Imperatorem, apertissimo discrimini inties exposueris: cuius arctissimis oppressus uinculis in editissima turri supra biennium custoditus/dum in horas mortem expectares / Patriam adhuc iuuando perseuerasti. Mira hominis prudentia, mira in patriam pietas: tot satellitibus circumseptus: tot custodibus circumuallatus / inuitis omnibus, deceptis omnibus, qua ratione patriae consuleres excogitasti. Quid quod uirtutem tuam immanissimus Hostis admiratus, ne te trucidaret/ quum id saepius deliberasset/demum obstinuit. Quem demum ita sapiëtia tua emollíueris: ut, & salutem tibi, & optatissimã, ac eo tempore max. necessariam Christiano nomini pacem ab eo reportaueris. Sunt ab his, eruntque in dies magis, non dissimilia uirtutis tuae monumenta quamplurima: De quibus satius esse racere

iudico /quam pauca loqui . Q uare libentius hæc in
cōmodius scribendi ocium distulerim : Q uum scili-
cet dignationi tuæ , quæ omnes ominantur, in
crementa successerint , Habebis interim
hoc obseruantiæ erga te meæ testimo-
nium: Dum Patauii Prætor/Vnde
ego d gredior/Tu Iusticiam/ma
gnanimitatem/& munificen-
ficentiam/tres tibi preci
puas uirtutes/sapiē
tissimus exerces,
Vale , Et Clientuli
munusculum/qualecunque
est/de more suscipe
benignissi-
mus

PATAVII
NONIS MARTIIS
M.D.VI.

EXVLTATIO PRO REDITV ANDREÆ GRITTEI: AD VRBANVM VALERIANVM PATRVVM.

RBANE TRISTEIS
tot Querimonias
Et tot umores pone
miserrimos,
GRITteus euasit Tyrannum,
Et redit, & Comites recepti.
Nunc glorioso fine laboribus
Tot rite uictis, fas te hilarem modis,
Heroos inuicti iocosis
Præteritas memorare clades:
Quas passus, erga dum patriam pius
Grandes ruinas, magna pericula,
Vnius assis, mente firma
Insuperabilis æstimaret.
Non hunc minacum turba Satellitum.
Non tot sub hastam diuitiæ datę,
Sublata pondo non tot auri, &
Rapta domus manibus profanis
Terrere possunt, perq; triennium
Non turris atræ celsa Propontidos

Et uento, & astro sub niuali:
Editiore loco reposta
Non tot securi corpora ciuium
Percussa, possunt, ante oculos, metum
Inferre: non tot fixa uiuis
Robora per femora, & per exta.
Sed fronte semper læta animosior,
Quum plus timendum, suscitat omniũ
Demortuas iam spes, amœno'q;
Eloquio socios focillat.
O summa uirtus, quam Machometius
Miratus hostis, dirus in Andrēam
Sęuire, id affectans, nequiuit:
Numen ei ueritus subesse.
Is nunc solutus, tu'q; simul, metu
Sedes paternas uisit: ut has Iuuet
Pręsens, ut absens adiuuabat
Consilis, opibusq; promptus.
Vrbane large nunc dabitur frui
Virtute: quam tot laudibus inclytam
Efferre suetus: tum benignis
Moribus/& probitate rara.
Absterge fessis iam lacrymas genis:
Ridens amicum fronte bonum cape.
Narrate/quondam/res, uicissim
Ex Aponi studio, uetustas.
Sed nuncupatę liba nouem precis
Offer sacerdos pollicitus'Deo:

Hunc si redonarent fluentis
Incolumem Veneris amicum,
Q ut si perisset, dimidium tui
Cordis, parabas dimidio altero
Q uacunq; dilecto silentis
Ire comes domino per umbras.
Nanq; ipse tecum saepe timoribus.
Vexatus, omni nunc uacuus metu,
Salm pauimentum frequenti
Concutiam modulis Lacaenis.
Cinctusq; festo Malobathro caput
Grates beato caelicolum Patri,
A sole nascente ad cadentem,
PIEriis numeris habebo.

AD .M. ANT. SABELLICVM PRO DEFVNCTO .F.

Q uid Marce tantum filii doles uicem:
Q uem acceperas precario?
En hisce uitae fluctibus nil proprii,
Nil possidemus exules,
Nosti dolendum, siqua negligentibus
Aduersa nobis ingruunt.
Sed, quod peractum est Maximi nutu Dei,
Aeque ferendum iudices.
Q ui de dolere plurimos ob haec facis,

Tibi erit dolere dedecus.
Quod impetrabit tempus omnino, magis
Ratio decenter imperet.
Solutus ille corporis iam carcere
Sedes beatas incolit:
Quod uita suadet integra, & mores patri
Non discolores optimo:
Vbi esse demum constat immortalibus.
Esse hic nequimus dicere.
Natura quod si porgit ægritudinem:
Cui difficulter abnuas.
Memor esto: si quos optimus fouet Deus,
Illos fatigat casibus.
Hinc nos tot urgent undiq, ac incõmodant
Curæ, labores, tedia.
Quo sæpe par est efferamur mortui,
Dum somniamus uiuere.
Subductus igitur quum sit ærumnæ grauis
Marium ne lugebis tuum?
An quod Paterno fors carebis nomine,
Id te dolenter macerat?
Qui te latini nouit Eloqui Patrem,
Te dicet orbatum minus:
Victura namq; sunt tot: æternum patrem
Quæ prædicabunt, pignora.
Ergo dolori parce solamen, tibi
Datur, quod est rarissimis.

THEOLUM. T. LIVII SECESSUM ET CAPILISTAR. VILLAM AMOENISS. COMMENDAT. AD FRAN. CAPILISTAM.

VNDE Hic tam subito surripit impetu
Mentem Pierius feruor? ut allicit
Vocalis modulosq; tendere carminis
Aggressu temerario?
Cur ignara h larem dextra cupit lyram?
Quę nam causa ciet? quis furor occupat
Sic spirantia præcordia? at at sacri
Agnosco ingenium loci
Sic Virgo pedibus uix tripodem aureæ
Cortinę attigerat: quum furor Entheus
Bacchātē obrueerat numine Phœbaden
Venturi bene præsciam.
Hic Francisce choris Aoniis locus
Nimirum sacer est: hinc furor ignea
Phœbeus stimulat corda, poematum
Hac prurire libidine.
Ad se melifluas nam Theo'lus Deas,
Quo Doctus iriguit Liuius in iugo,
Quo toto intumuit Flaccus Apolline
Huc Cephisidas auocat.

Hanc sedem emeritæ Phocidos accolæ
Musæ/barbaricis inde timoribus
Expulsæ, Euganei collis in edito
Hoc sedere cacumine.
Nam ut laxare animum deliciis uelis
Nusq̃ se explicuit maior amœnitas:
Nusq̃ temperies ulla salubrior
Puri candunt aeris.
Lætos ferre uides undiq; palmites
Vuas Sidonii muricis æmulas,
Gaudentes Thasias inde leui solo,
Hinc pingui Mareotidas.
Stat pars ætherius abdita populis,
Vlmo pars humili/pars bona pampinos
Pro testudinibus complicat, & comis
Solis caumata summouet.
Immites acinos ecce racemulus
Idem fert, aliis mitibus, & prope
Florentes alios/qualia in ortulis
Nausicæ riguis erant,
Qua saxosus apex, repit humi rubens
Vua, ex Illyrio nomina quæ tulit.
Nascenti ex posita est Phœbo Apiaria
Baccis suaue tumentibus.
Accedúntq; decus uitibus arbores
Multis ficta modis ars Topiaria.
Fœcundo reliquæ mergite succubant
Pomis frugiferæ omnibus.

An te nunc sileam Punica uasculis
Sepes purpureis grata/sed o quibus
Nulla insunt acinis ligna, prioribus
Res ignota parentibus.
Deductæ spacium uallis omittimus
Venatu, aucupio, gramine cōmodum/
Et præpingue solū: quod pariter colunt
Pallas, N ctelius, Ceres.
O collem placidum: cui domus insidet
Demissa aspiciens iugera molliter:
Q uem replet geminis læta sororibus
Multo Gratia gaudio.
Ver molle, & Veneres/atq; Cupidines
Hic festos celebrant Naidibus choros
Non absunt Satyri, non reliqui Dei
Si mulcere animum uelint.
O, ni quid temere poscere cœlites
Detur, Concipiam uota: superstitis
Vitæ quod reliquū net Lachesis mihi
His producere collibus.
Hic hic uiuere, amem. hic Pierides Deæ
Mentitæ uolucres tam bene concinūt:
Vt si permaneam sors mea Candidam
Me demutet in alitem.
O saltem hoc mihi non inuideas precor
Francisce ingenio mitis, ut Entheo.
Afflari quoties numine quæritem,
Hic te conuentam frequens.

AD IOSIPPVM FAVST, PRÆCEP. QVEM MISSIONEM PETIT A' STVDIIS POLITIORIBVS

FAVSTINE, Vitæ doctor integerrime,
Linguæ latinæ censor, & sublimium
Rerum absoluta notione nobilis,
Iam iam sat annos octo militauimus
Vexilla Tiro persecutus inclyta,
Et quæ sub alto castra metaris iugo:
Exinde miles Prunuli, & Sabellici
Labore semper inquietus improbo,
Anno peracto tertio, ac uigesimo/
Veniam canendi poscimus receptui:
Exautoratusq; rude donari uelim/
Castra hæc amœna, & delicata linquere/
Scuerions ære conscriptus ducis:
Cuius per altum signa nactus æthera,
Hylen patenti semen ore poscere
Videbo: tanq̃ sponsa sit uirum appetẽs.
Rerum nouatus, atq; causas omnium,
Et unde mundi fluxerint primordia,
An pace amica, & ab odioso prælio,
An mole massæ immobilis primaria.
Ab igne, an unda sint: ab æterno, an diu.
Anima, an sit ignis, aura, sanguis, an nihil
An, quod fatemur sponte, cœli spiritus
Scrutabor. Ipsa pollicentur omnia

Locum hoc labore forsitan non infimum,
Ni dura egestas me repellat pauperem,
Aduersa nostro tempore emergentibus,
Magisq; iniquus hostis emersis, piget
Quum tot laborum, glorię q; inutilis:
Quando CHELOnis VINcitur Sapientia
Atq; ipsa uirtus (atticum ut prouerbium est)
Sed esto quærant improbi uiles opes
Viles per artis, atq; mercimonias
Musas omittat quem sitis census rapit,
Odi appetentem ex literis ditarier:
Nanq; est ouilla pelle consutus lupus,
Opibus hanellat/Iam professus pauperem.
Procul Profanum uulgus á Musis/Procul.

AMATORIA QVÆDAM PROBLE MATA SOLVIT.

DAPHNIA.

Si tam sollicitus cales
Quum me non uideas ignibus æstuans:
Cur si me uideas riges
Effectus Scythica frigidior niue?

PIERIVS.

Notæ sæuitiæ memor
Tunc tunc destituor sensibus omnibus:
Quare contrahitur calor
Vt cordi misero suppetias ferat.

DAPHNIA

Siquid dicere uis mihi
  Velas opposita cur faciem manu
Sed quam purpureus rubor,
  Pallenti uiola mixtus, obambulat?

PIERIVS

Optati mihi conscius,
  Non sat legitimi, menter ita obtego:
Mox nubem ingenuus Pudor
  Fundit sanguineam, hac inficitur cutis.

DAPHNIA

Sed cur lumina deiicis
  Si me cernere amas? Cur uarius tenor
In uultu, modo frigido,
  Nūc cōtra calido. Nec stabili es modo?

PIERIVS

In te substineo minus
  Lumen, duriciem dum uereor tuam,
Hinc spes, hinc metus efficit,
  Momento ut uariem cuncta uolubili.

DAPHNIA

Cur semper querulus meam
  Carpis duriciem? qui minus indices
A' me quid cupias. domus
  Omnis cui pateat, res, & opes meæ.

PIERIVS

At suspiria feruida,
  At pallor gelidus, lumen at humidum

Atq; os pumice siccius,
A te quid cupiam, quid meream indicāt,
Et si dirigeam, ut lapis,
Nec fari ualeam, neue loqui, tamen
Pernix seruitium, & fides
Explorata petunt, quid meream, satis.

DE FORTVNA GVIDONIS,

VRBINI PRINCIPIS

IAM Tandem imperium Prudentia
Sub meum redacta est,
Fortuna dixit gaudibunda nuper.
Verumus inuicti uires Ducis,
Exulare diua
Natum Minerua Principem coegi:
Qui docto nulli moderamine
Cedit, Imperator
In militari gloria supremus.
Quem Plato, constituens commertia
Sancta ciuitatis,
Sanctæ creasset principem cohortis.
Quid uetat? ecce meo totus pede
Supprimetur orbis:
Obstare quod Dux hic mihi nequiuit.
In superos etiam forsan caput
Efferam superbum

Seruile'q; omnes sub iugum prehēdam
Non tulit hanc Phoebus tam grandia
Iactitare uerba
Quid uana tantum gloriaris inquit.
Cur insana putas huic Regia
Sceptra sustulisse
Cui sceptra, non tu, Sed Dei dederunt
Doctrinæ, Ingenii, uirtutibus
Imperat, libenter
Mecum ministrāt huic nouem sorores.
In'quibus imperium clarissimus
Obtinet, polita,
Rara'q; præstans eruditione.
Sed non læta diu, si dicere
Vera iudicemur
Fortuna risus excitabis istos
Nam ueluti densa caligine
Nubium repulsa
Sudum per ipsum clarius corusco,
Dux ita Guido tuæ tot casibus
Obrutus procellæ
Tranquilliori sorte mox fruetur.
Nanq; homines misera quoties uice
Iuppiter fatigat
Feliciorem præparat Triumphum.

VANVM ESSE FVTVROR· METVM AD HIER. ALEANDRVM MOTEN. AMICVM PRÆCIPVVM.

FRVSTRA Minacum docte HIERONyme
  Aduersa plorat fulgura Siderum:
  Qui pondus humanum subiuit,
  Lapsus ab æthereo recessu.
Vitare siquid non datur á Deo:
  Id ferre saltem fortis opus uiri:
  Non uoce, singultúq; tristi
  Examinate grauis amicos.
Quanto uidetur Thrax sapientius
  Sperare/quicquid Sidera iusserint
  In fronte scribi nasciturís,
  Mente manet placida futurum:
Idcirco' nulla corda cupidine
  Rerum trucidat. Contigerit bonum,
  Plaudet modeste: Sin sinistrum
  Acciderit, faciet nec assis.
Exponet ipsam casibus omnibus
  Vitam/premit seu mœnia Chalcidos:
  Seu marte pernix, heu cruento/
  Aggreditur miseram Methonam:
Seu Iuli amœnum depopular Forum:
  Seu tot tumultus mittit in Apuli,
  Dauniq; campos: quos Iapyx
  Laude facit celebres uetusta.

In bella fortes; in Venerem, in Iocos
Molles, ad omnem se faciles dabunt
Ii semper euentum paratos.
Sæuiciæ, & genii ministri.
Dum nulla curant funera: Dum maris
Iram furentis, fulminis Impetus
Spernunt, & instantes cateruas
Excipiunt animosiores.
Mox læta iugi pectora leniunt
Cantu, & cachinnis, hinc crapula in dies
Producta quinos hos retentat,
Deliciis uariis fruentes.
Solamen ingens ponere sub pede
Spemq; & timorem: Sit tamen ut comes
Intaminatis iuncta uirtus,
Moribus, En placet hos sequamur.
Qua parte callent, sæpe Oliuoribus
Natura uern simplicibus uiam
Ostendit. omnes nunqnam haberent
Omnia. habent tamen omnia omnes.
Centusse curto non liceat magos.
Seu Mars Laceños sollicitet meos?
Sibbona'q; obnixus benignum,
Excipiat radiis malignis.
Quamuis Nepali cuspide concitus,
Quamuis fatiget uim placidi Iouis
Cum fronte Saturni ferocis
Quem trepido irradiet trigono.

Inspector æthræ quis mihi Crastinam
  Mortem minetur/non aliter genæ
  Mutem Colorem, q̄ ut serenum
  Dixerit/aut pluuiam futuram.

AD PETRVM ALIGERVM DANTIS .III. F.

N.L ME Deliciæ iuuent
  Vrbanæ, immodicis sumptibus Inclytę:
Non si me uocet Attalus:
  Non si me hospitio suscipiat Gyges:
Dum me uisere, floscule
  Doctorum iuuenum, Petrule non neges
Qui tam carus ades mihi,
  Dum Patrem assimulas moribus, ore'q;.
Qui mihi ingenio omnibus,
  Qui dulci eloquio, qui facili/& proba
Præstas mente: Puer quidem,
  Prudenti Sedenim Iudicio Senex.
Sic Dii sint faciles tibi,
  Sic doctum superes eloquio patrem,
Hic in Gramineo toro,
  Vt tecum Daniel est Zauarisius/
Adsiste/hacce Quadranthidos
  In ripa uitreæ: cuius amœnior
Mulcet corda susurrulus,
  Iusultans gracili murmure calculis.

Seu reptare uelis iugum,
  Surgente'sq; tuos molliter ortulos,
Hoc in tramite Pallados,
  Crispato unde, oleis, cunq; uirentibus,
Mecum una Aoniam libens
  Vocali citharam carmine tempera.
Accantat tibi Daulias,
  Hac commenta melos dulce sub Ilice/
Et quę Cecropium genus
  Olim nobilitet rauca Cicadula.
Hic nudare caput iuuet,
  Labris æthesias carpere hiantibus,
Vmbras dum canis inuidet,
  Dum cœli medio sol uehitur furens.
Scatis'quam placidus tua
  Perstringat Zephyrus tempora leniter?
Quam Vallis faciem tibi
  Ostentet'segetū, & graminis huberem.
Hic tot fontium aquę oppido'
  Piscosę. hic leporum præda fugacium,
Hic captura uolucrium,
  Cuius'ui'sq; boni larga opulentia.
An tu quicquam aliud putas
  Termessum/Aoniam, Pieridum locat?
Tanti scilicet interest,
  Qua nam parte fauor spiret Olympicus
  Vt sis ergo beatior,
  Nobiscum studeas esse frequentius.

ALBÆ CALISTÆ PVLCHRITVDINEM ADMIRATVR AD PAVLVM CAPIVACCIVM.

PAVLE Diuinum decus intueri
Quæris incassum latice'sq; rundis:
Ni prius pulchræ uideas Calistæ
Lætus ocellos:
Quis hebent uisus hominum: nec astra
Clarius summo rutilant Olympo.
Dulcor, atq; ipse Charites, Amo'rq;
Defluit unde.
Hic amor densa face nidulatur:
Hic micent quanto superi nitore
Cernitur, quanto lycius uapore
Splendeat ignis.
Ipsa miratur potuisse id ipsum
Ferre se, Rerum genitrix, uidetur
Plausitans nusq̃ reperire tanti
Lumina solis.
Siderum fluxus, elementa, cœlum
Vltimas artis posuere uires,
Vt darent nobis iubar hoc, corusca
Lampade plenum.
Qua fuit magni regione cœli
Forma? in ideis quibus enitebat
Lumen exempli nindum decori,
Clara'q; imago?

Vnde Natura hanc faciem uenustam?
Sumpsit? humano generi datura,
Sedibus quicquid fabricare summis
Cultus audet,
Fontibus quæ nam gelidis percerrans
Nympha, uel siluis tacitis Capillum
Qui magis fuluum simularet aurum
Soluit in auras?
Nonne Rhypheas superat pruinas
Vltus, aspersu uarius rosarum?
Nonne ut gultum superant Medusæ
Pulchra labella?
Æquor ecquando tulit uniones
Indicum tales? micat ore qualis
Dentium nunquam satis efferendus
Omnibus ordo.
Cerne iucundos hebeni nigrantis
Arculos, audi lepidam loquellam,
Siderum Phthongos celerum supernos
Assimulantem.
Dulce qui nunq̄ audierit loquentem
Dulce ridenti adstiterit Calistæ
Nescit ut curet, perima'(q) amantum
Corda cupido.

AD HIERONYMVM BONONIVM TARVISINVM. IAMBVM VNICVIQ· MATERIÆ IAM APTVM ESSE.

DOCTI Probare difficulter assolent
  Quidnis iambo traditum/
Nisi boantem concites Tragœdiam/
  Aut aliud illa tristius.
Iræ, furoris, ultionis carcere,
  Censent iambum claudier.
Aureliani sed genus Poematis,
  Quaqua uagatur liberum,
Seu facta regum uersibus pangat, nouis
  Potentiorum illustria:
Siue immerentem non reponat quępiam,
  Vel ense, uel opibus bonum:
Seu litteratos laude non fraudet sua,
  Proborum amator omnium:
Seu molle/seu lasciuulum carmen Lyra
  Iucundiore personet:
Seu rerum apertas nemini ore differat
  Causas profundo plurimas.
Suum decorum seruat/auget/excolit
  Felicitate maxima.
Ergo Bononi Docte consultum meo
  Studio putabis optime/
Aureliani, ꝙ genus Poematis
  Cura sequamur sedula:

Laudem meretur: qui sibi legit bonum,
Vt æmuletur, quempiam.
Fraudandus ipse hac non ero, q optimum
Mihi æmulandum legerim.

AMORIS INGENVI CONDITIO.

OCCLVSI MEdio pectore uulneris
Insanam patior sollicitudinem:
Nam, quæ sub tacito pectore fax latet,
Maiorem Cupido concitat impetum.
Suppressit labium nescio quis tremor:
Suppressum reserat nescio quis calor.
Vecors me temere suadet amor loqui:
Instat subiiceam pallidulus pudor.
Rideri metuo, si loquor, Improbus:
Truncari metuo, si taceo, Dies.
Ignarus/quid agam/dispereo miser,
Vix consto mihi/uix uiuere iudico,
Dum tanus propero casibus obuiam.
Vesanus quoties te uideo furor
Cor urget, quoties non uideo, dolor,
Mœror/Tristitiæ pectus obambulant.
Heu quo me miserum sors trahit Impia?
Vrgentem nequeo sistere turbinem:
Nec uitæ auxilium poscere languidæ.
Heu sors quaqa alia sorte molestior.

DE NELPHO TARVISINO: QVI PERIIT CASSIDE MEDICATA.

Nelphus Euganei decus
Eſt ubi certaminis?
Tanta robora militum
Strauerat modo fortium
Miles |inſuperabilis.
Heu ſoporæ caſſidis
Is malo periit dolo:
Qui mori haud poterat uigil
Parca/qua ſubeat, uiam
Nouit, ut cunctos necet.
Robori nullus ſuo
Fidat, impenetrabilis.
Sit licet gladio: Phrygem
Iuuit id Cicnum nihil:
Quem genu, & clypeo dedit
Acer Æacides neci.
Verſus in tot imagines
Iam Periclymenes polum
Ibat altum luſtrans,
Factus ætherii Iouis
Ales Herculeas manus
Sic morabatur: tamen
Illius telo occidit.
Milo fortis, & impiger
Viribus periit ſuis:

Robori ut bifido manus
Abdidit temerarias,
Præda ita expositus feris,
Nostra spes ubi sistitur?
Omnia incertus fluunt
Fata casibus obvia.
Sole qui fuerat nouo
Summus, occiduo infimus
Labitur pessum ruens.

FERINI AMORIS CONDITIO

EX PRAXILLÆ VATIS TESTIMONIO AD IOAN. PETRVM FERETTVM.

PRAXILLA Immeritis diu
Vexata in pueri pube doloribus:
Praxilla Aonidum decus:
Quam Vatē celebrat Græcia nobilem,
Experta indomiti ferum
Tormentis animum pectoris omnibus/
Quum spes nulla superfuit/
Inuenit medicam à tempore opem breui
Ergo, ut compos erat sui,
Afflata est Calain talibus impium.
Dum formosa tibi fuit,
Dum nollo facies tubere putida,

Dum pulcher fueras, genas
  Imberbis, roseam purpureus cutem:
Quamuis toruus, & impius,
  Quamuis difficilis, rusticus, & ferus
Si te cernere, si tamen
  Vnq̄ contigerat, uulneris illico
Insani auxilium dabas:
  Quod me perdiderat, te nisi cernerem.
Nunc deformis adest tibi,
  Nunc multo facies tubere putida/
Fœde á furfuribus genæ
  Exesæ, & fluidam luridus'es cutem:
Et ni te uideam tamen
  Funebri uideor deliquio mori.
Scin' cur? forma, prioribus
  Annis sculpta meo pectore, tunc subit:
Quod si te uideam/statim
  Conceptúsq; dolor flammáq; deperit.
Sic/qui omnes'ferus oderas/
  Effecit Nemesis, temet ut oderis.
Nimirum uolucres Dies
  Insperata ferunt multa: sed omnium
Importuna cupiditas
  Clamat PETRE mora nil odiosius.
Quod si tempora noscitent
  Mortales habeant nil sapientius.

PRO INITA CVM IACOBO COMITE IVLIARIO AMICICIA AD DANTEM. III. ALIG.

QVIS Ferre tantum ponderis/quis tot pati/
Tot, quæ undecunq; uincula annectis mihi:
TERti ualebit? Herculem ponas licet:
Primum uerendo me obligasti nomine:
Mox eleganti est duplicata carmine
Incomparanda uinculorum sarcina.
Mox pergis usq; & usq; & usq; texere,
Et hinc, & inde plura mi ligamina:
Et huic, & illi me diserto addicere.
Addicis ut nunc ecce Iuliario
Viro eruditione rara prædito,
Humanitate claro, & eloquentia.
Opes omitto, omitto stirpem nobilem,
Stirpem uetustis inclytam maioribus,
Stirpem probatis splendidam minoribus.
Quis ferre tantum ponderis, quis tot probe
Terti catenas sustinebit Hercules?
Nec is, nec ille: protinus nec Hercules.

DE DECORO IAMBICI CARMINIS AD PAVLVM DANDVLVM. P. V.

AC SI Obtinere Principatum Dandule
Parum sit in elego, parum sit, in Lyra,

Ad clara promptus & uigens negocia
Vis etiam iambum præpetem, celerrimum
Sequi, & peritis difficulter agnitum/
Vt multa nostro seculo Poemata,
Versum eruditum, ad arduas regum uices
Aptum canendas, factáq; uirum maxima,
Acrem/canorum/flebilem/atrocem/grauem.
Terentianus hocce carmen approbet:
Quod alterius indiget pedis nihil/
Suo'sq; uersus conficit senarios.
Quali Phasellus Impetu celer uolat.'
Sed enim id citatum cui nimis uidebitur,
Spondeo iambum iungat alterno gradu.
Dactylus in uno uertice, aut nusq̃/placet:'
Anapestus insit rarus, & primum locum,
Quintum ue/si sit/occupet: reliquos finat.'
Infert sonorum hic uersibus tragicis melos/
Quoties iambo terminant bissyllabo.
Habeat honeste primus ipse Tribrachum
Quartus/secundus: dum fuerit is unicus.
Duos locate de solutis absonum.
Languere quintum Iudicamus Tribracho.
Finis duarum syllabarum fit grauis,
Trium citatus/plurium iucundulus.
Cesura palmam multa semper obtinet.
Licentiosis esse dandum Comicis:
Epigramma certis obligetur legibus,
Quod difficultas ipsa reddit nobile.

DE SCAZONTE AD ANNIB· PHAETHONTA· DISC·

SONORA Verba, non hiulca scissuris
Sunt claudicantum dignitas iamborum
Cesura quitæ, aut septimę frequẽs partis.
Demptis duobus ultimis pedibus esto,
Reliqua Dime'tri quãtitas/habe exẽplũ.
Sunt claudicantum dignitas,
Cesura quintæ aut'septimæ,
Demptis duobus ultimis,
Reliqua Dime'tri quantitas.
Cesura demit hocce semiseptena/
Et syllabæ occurrentis unius segmen.
Sedes iambo quinta semper offertur
Et quarta iãbo/ut Tribrachus eas poscat,
Quintæ dederunt scripta nulla spondeũ:
Si scripta Vatum uolueris receptorum,
Catulli, Horati, aut Virgili: quibus rantũ
Debere Musæ gloriantur, & Phœbus:
Ineruditi quam frequenter usurpant/
Mutare sedes ultimas nec aduertunt:
Quæ si redibunt, sic iambicus fiet
Cesura quitæ/aut septimæ partis frequẽs
Audere stultis/ut lubet/dato/& duris:
Qui lege nulla uictitant. age impuros
Hos care uites Annibal uelut pestem/
Semper secutus optimos Poetarum,

IN PLINIANVM ILLVD · Duriusculum se fecit. AD PETR · ALEANDRVM EX CORNELIANO.

CORNELIANI Petre lumen oppidi,
Non quæso tantas rideas ineptias:
Quas iurgiosi somniant interpretes/
Quum de caprina conserunt lana manum?
Est Plinianæ cura diligentiæ
Mollire duriusculum poematis
Catulliani carmen.hinc certamina
Tot oboriuntur.duriorem sic facis/
Vt uix duobus esse credas peruium.
Tacite locutum militem hic intelligit:
A'quo uocatus Imperator Sorado
Titus fuisset/ne patrem sublæderet.
Vespasianum duriusculum uocat,
Acclamant unus,alius hocce durius
Sensu inuenire sedulo' conabitur.
Et his/& illis sæpe duriusculi
Domi,foris'q; clamitāt,certant,strepunt,
Quin molliendi sunt/ut inde molliant.

AD ERVDITOS DE PARALYSI CALPHVRNII ·

PROFESSOR Erudite, Doctor elegans,
Poeta literate/Rhetor eloquens:

Quicunq; musis dediti pallescitis
Nolite quicquid lectione plurima,
Et erudita consequi uobis datur,
Id omne auaro consecrare pectori:
Vt nil futuro conferatur seculo.
Exemplo habete singuli Calphurnium.
Sciebat ille, quicquid est sciri datum
In expolitis undecunq; literis:
Seu græca uelles, seu latina posceres.
Sed dum tenaci supprimit sinu omnia/
Nil editurus. & sibi tantum studet:
Perinde natus ac sibi tantum foret:
Congesta iam tot literarum pondera,
Stipata memori tot diebus uertici
Ciere bellū. hinc conserūt simul manus,
Pugnāt atq; nixa uiribus contrariis,
Vt longa soluant carceris ligamina.
Soluere demum, & impetu tali caput
Rupere oē excusserint cerebrū ac statim
Is destitutus, Impotēn sq; corruit/
Luctu, & dolore quæritandus omnium.
Quicunq; libris igitur impallescitis,
Exemplo habete singuli Calphurnium

FINIS

IOAN. PETRVS VALERIANVS

AD .I. LASCHARIN

V. CLARISS.

REGIA LAscharææ fobolis Stirps Iane,decorum
  Q ui uetus ingenii uiribus æquiperas,
Si tibi dona parem, Veronæ cultor amœnæ:
  Q uæ tanto inueniam munera digna uiro?
De'mne Crocũ,an Citrios,an Rhœtica uina/an oliuũ?
  Immo age,selectus Carpio munus eat.
Rarus hic stagnis,proprio'q; ingurgite rarus,
  Et meus,ut faueas,Carpio rarus erit.
Ipse ego quem cepi,atq; alui Q uadranthide Lympha:
  Iugera quæ Aureoli montis amœna rigat.
Q ui, seu legitimo,uetito seu semine cretus,
  Iuditio constet magne uir/ille/tuo.
Q ui rerum exploras causásq; uice'sq; remotas:
  Res hominum quem non/non latuere deum.
Credita summorum cui magna negocia Regum:
  Q ui pacem,atq; e'odem pectore bella cies:
Consilio cuius prudenti Gallia plaudit.
  Oranti'q; potens Regia queq; fauet:
Cui de Cecropiis,Latiísq; in pectora cellis
  Instillat superos promptus Apollo fauos/
Dulcius ut nemo quisq̃/hac ætate loquatur,
  Dum latii exundant,Cecropii'q; sales.

L

Quid loquar, ut propior pompam sis ipse secutus:
  Quam pennata Iouis Rheda Tonantis agit,
Admissúsque sacris: quę raros noscere cautum est,
  Pastus es ambrosiam, nectaréamque dapem.
Qua licet hinc homini sapiens effectus, & ægro
  Mortali præstans, ut Deus ipse tibi.
Quumque ita præcellas, humiles, at sponte, Poetas
  Amplexaris, amas, officiisque iuuas.
Omnibus expositus, ueluti Sol omnibus idem:
  Diuinæ unde licet noscere mentis opus.
Ergo age, quicquid erit, munus leue summe benignus:
  Auspiciis uiuat Carpio ut iste tuis.

CARPIONEM .M. MVSVRO COMMENDAT.

SI Sic Carpio mi exilire gestis,
  Anguilla mage lubricus nitentis:
  Quam nemo potis est manu tenere,
  Inter Laschareos ut apparatus
  Splendentis, nitidos, & elegantis,
  Phoca fœtidiórque, olentiórque
  Te te pundulum inferens, uerendas
  Ceteo temeres odore nares:
  Qui non Idothees leuetur herbis.
Si sic Carpio mi exilire gestis
  Musuri prius ibis in culinam:
  Quam Phœbus colit & piæ sorores,

Illi fercu la facra condientes,
Acteo, nec adultero fapore:
Que mox difcipulis fuis propinet:
Illum qui Euganea Schola frequentant
Fiet Calliope obuiam/& Thalia/
Et iucunda Erato, cute'mq; dio
Totam nectare fedulæ lauabunt:
Et uefco fale Cecropis falibunt:
Ventremq; ambrofia bene enteratum,
Exempta tibi, quantacunq; fex eft,
Perducent, ita lautiore menfas
Cultu Lafchareas adire detur,
Non tantum ftomacho eius appetendus,
Conditus fed enim fale ifto Orexin
Adlectes quoq; delicatiorum,

FABVLÆ TOTIVS ARGVMENTVM.

LATiæ Catullus Elegantiæ parens/
Profectus e'bithynnia, peninfulam
It Sirmionem Inuifere actutum fuam,
Ad hunc amici commeant complufculi
Lacum Phafello limpidum fulcant leui,
Et fe uiciffim fuauibus mulcent modis,
Canit Catullus impotentem perditi
Benaci amorem, quo pudicam deperit
Garden, nec ulli obnoxiam libidini:

Ripas Napeæ quæ uirentis adcolunt
Illum sequuntur, atq; Benacus pater,
Bibula haurientes aure carmen optimum.
Eo absoluto, Naiades plausu dato,
Exosculari dum cannam cursitant,
Imis refusa stagna miscentur uadis:
Et uorticosis fluctibus cœlum petunt:
Quibus Poeta territus, protam manu
Vtraq; prehendit, Immemor Poematum:
Quæ lapsa fluctus in rapaces decidunt.
Abit Catullus: atq; confectus graui
Mœrore, paucis post diebus occidit.
In Carpiones inde mutantur libri/
Membrana nanq; piscium id genus parit,
Ramenta in auri transferuntur literæ
Cognata quæ esse conscii pisces sibi
Sola illa deinceps destinarunt carpere,
Vnde hæc secuta
Carpionum
nomina.

IO. PETRI VALERIANI

CARPIO

IBAT Ab hospitio Memmi, Thynnisq; Catullus
E quamplis lætæ finibus Ioniæ:
Spectaret fumum a patriis ut collib us, utq;
Natali inferret basia cara solo.
Sirmio defessum ridens Peninsula uatem
Suscipit,& placido mulcet amœna sinu.
Venisse incolumem ueteres gratantur amici,
Inuisuntq; lares docte Poeta tuos.
Ipse peregrinos longo sermone labores,
Ægei'q; refers multa pericla salis.
Quę tuleras terris incommoda dura Bithynnis,
Quam fuerit patrii terra adamata laris
Soluere iam tempus curas,ægrimq; grauatæ
Ædibus in nouis ponere mentis onus.
Non alias æque facilis suscepit alumnum
Benacus reducem, ueliuolusq; Lacus.
Hinc Ver, hinc placidi genitabilis aura fauonii
Æquore suadebant limpidiore frui.
Ergo parant tenues per stagna liquentia tonsas
Lentare, & socias addere forte manus.
Ipsi aderant pleriq; notę melioris amici:
Quos ipse á teneris legerat unguiculis.
Conditor exhausti nitidus Cornelius æui.
Varus amore potens, Caluus amore miser.

Tu qui delicias elegis das Calue fluentes,
Tu quem plus oculis Calue Catullus amat.
Nec Verranius hinc aberat Iucundus; Ibero
Qui patriam nuper uenerat Oceano.
Lætus & ante alios risu/salibusq; Fabullus
Diues/& exprompto uiuidus ingenio.
Liquerat, ut socius admisceretur amatis,
COMI celsa noui mœnia Cæcilius.
Cumq; iis blanda Comes demorso Lesbia labro
Lesbia centenis humida basiolis.
Lesbia deliciis tam blandi Passeris orba
Rubra genas fletu Lesbia turgidulas
Cesiolis neq; non oculis Mellite Iuuenti
Dulcibus exhalans ambrosiam labiis.
Castulus ille puer/nulla'q; libidine turpis,
Qui meruit Casti Vatis amore coli,
Qui Comites/qui Lusus erat, q̃ pura uoluptas,
O precibus Vatum uita petita piis.
Ii modo trudebant abiegnis littora palmis,
Moxq; dabant auræ lintea passa leui.
Sed, ne pigra ullum tereretur in ocia tempus,
Exhilarant gratis pectora colloquiis.
Alter ab alterius numeris incensus, amice
Reddebant falsis mutua'uerba iocis.
MVsarum incipis hic dulcis expromere fœtus
Hospita quos dederat terra Catulle tibi.
Magnum opus, & nōdum uulgata Poemata, tum quæ
Proh dolor/Insatis rapta abiere uadis.

Dicite nunc Musæ (nam uos meministis ab æui
  Principio omnia, quæ dictáq; factáq; sunt)
Quid Vatem abstulerit nobis, Vatísq; labores
  Nam tanti nondum est cognita caussa mali.
Mulcebat lepidus Comitum præcordia Vates:
  Æmula erant suaui consona fila sono:
Cui pater ipse loci uelatus harundine crines
  Extulit arridens ora benigna lacu:
Quem circum Nymphæ Benacides assultantes
  Auscultant resono singula uerba choro.
Hinc Vigilina/procis tot suspirata misellis:
  Cui uiridis glaucam cingit Oliua comam.
Illinc fulgenti rutilabat Pyrgia fronte,
  Pyrgia: cui mollis grata corona Salix.
Illa fuit tanq̃ Domicii præsaga, canenti
  Assurgens Vati/singula uerba rapit.
Garde aderat/niueis uluas implexa Ligustris,
  Benaci Garde quæ nouus ardor erat.
Fronde sinum uiridanti lactea Bardoline
  Oppleratq; præcox quam sua ficus habet.
Nabat/& Viridulis onerata Lacissia baccis,
  Pampineis glaucam nexa comam foliis.
Nudibus Salodina decem comitantibus ibat,
  Attollens citriis tempora cincta suis
Sirmia sed Nymphas demum supereminet omnes,
  Fronte/oculis/uultu/uoce/colore/comis.
Myrthus uti redolens florentibus Asia ramis,
  Myrthus Hamadryádum roscida rarus honos,

Vere caput cincta hæc, & uerſicoloribus ulnis,
In ſe animos, In ſe lumina cuncta trahit,
Ichthya quam ſequitur mater: quæ prole ſuperba
Intima ſub tacitum gaudia pectus alit.
Ichthya Benaco tantum dilecta uetuſtis
Temporibus, quantum Læda uenuſta Ioui.
Viderat hanc olim Iuuenis Benacus aquantem,
Quum prætueret flauum fictilis urna caput:
Incaluit uiſa, Incaluit quoq; Nympha, ſiquenti
Numine perſpecto, dum natat inter aquas.
Itur in ampleaus, & mutua gaudia miſcent:
Mincius hinc, nec non Sirmia pulchra ſati.
Hæc tamen optauit collem: qui plurimus undis
Prominet, ille ſolum per loca aperta petit.
Prole pater lætus, gratum ut penſaret amorem,
Dona libens rara diuia dote dedit,
Dona greges Anguillarum to- mille: quotannis
Oſtia quæ natus cogeret ante ſua.
Hæc igitur celerem ſemper comitata Phaſellum,
Carmina ſurrectis auribus hauricttians.
Inde aliæ. quas fama uetus iam nocte recondit,
Tempus ut á memori ſingula mente rapit.
Ille canit, undę, & tacitus ſtant flatibus auræ,
Vſq; adeo cœlum laudat, & unda melos.
Garde carmen erat. Dryadum pulcherrima Garde,
Garde nigra oculos, Fulua comam, os niuea.
Hanc Deus horrentis prognatam ſemine Baldi
Arſit, at ardenti cópia nulla fuit.

Viderat innuptæ lustris comitem ire Dianæ
  Venatu fessam uisere sæpe lacum/
Mollia nudatæ tollentem uellera Suræ,
  Dum sua candidulos adluit unda pedes
Tempora flos bene olens cingebat amaracus, arcu
  Læua habili, Iaculo dextra onerata fuit.
Dardanio qualis, Paridi Cytherea sub antro
  Se dedit ideo/pomum habitura sacrum,
Vritur/& Cæco Benacus carpitur igni,
  Et uotum ingenuus tardat obire pudor,
Dum cupit hanc instar hederæ uincire tenacis,
  Zonáq; dum, se offert dissoluenda animo
Sternuit/& resonant supplosa Papauera pugno,
  Spem minuunt tremulis lumina mota genis.
Spesq; ita dum alternat/dum mollis flãma medullas
  Vescitur, ambiguo naufragus in Pelago.
Frigidulos acri singultus ore ciebat,
  Est & obauditis dicta querela modis.
NYMpha mihi propriis undis prælata, libenter
  Paucula amatoris uerba morare tui/
O niudo'q; sinu præstans/roseísq; papillis,
  Ore'q; puniceo, fronte'q; lacteola,
Cur fugis? atq; Dei sanctum Dea temnis amorem,
  Dum formosa uires uere puella tuo?
Mollia quid scopulis eduris crura fatigas?
  Cur genium fraudas florida nympha tuum?
Ah satius quanto ualidam exercere iuuentam/
  Amplexúq; frui, dum licet, assiduo,

Flos rubet en Regum in uariis hyacinthinus Ortis:
Quem neq; oues norunt, nec tetigere boues,
Dum mulcent auræ, firmat Sol, educat imber:
Quilibet hunc iuuenis/queq; puella cupit,
Ille, suo fuerit si tempore carptus, odorem
Virgineis adhibet frontibus, atq; decus:
Verum, ubi præteritus thyrso deflorutt ipsi/
Nulli illum iuuenes, nulla puella cupit:
Despectusq; iacet, iam contundendus aratro,
Immundo'ue parat stramina fœda gregi.
Quare, dum tenera es, tuus est dum mollis amator,
Vtere nunc prudens tempora Nympha breui.
Vt uites gaudent ulmis, ut uitibus Vlmi:
Amplexu ipsa meo læta eris/ipse tuo.
Gaudia quanta aderunt, & q̃ numerosa uoluptas/
Nocte, per has ripas, atra per ima die.
Benacum Garde, Garden Benacus amabit,
Incensus flamma uiuet uterq; pari.
Benaco'q; liquens fuerit dum uita, feretur
Benacus Gardes nobilis esse Lacus.
Num tibi ego putri uideor regnare lacunæ?
Sum ne ego sulfurea tetra Mephitis aqua?
Fluctibus en, libuit quoties, assurgo marinis:
Vnda tamen uitreas limpida seruat aquas.
Aspice florenti redolentem margine ripam:
Quam, neq; sicca æstas, ulla nec urit hyems,
Aspice fœcundo prægnantes pondere truncos:
Quos stupeat Phæax cultor, & Hesperius.

Pisce quis uberior fluuiusue, lacusue, sinusue
Æquoris, Oceanus certet uterq; licet.
En Varii tibi maiores, quæ mille tulerunt,
Committunt imis oua fouenda uadis.
Proceri'q; Lupi/dentata fauce superbi,
Et carne, & tenui uellere molliculi.
Ecce, quot Anguillæ scopulis strigmēta relinquunt,
Vt q; ea uiuescunt, stagna' q; ut ampla teplent.
Q uid tibi mille canam species, quid nomina mille,
Et quicquid nostros nobilitat latices.
Q uin tibi fatidicę Manthus oracula dicam,
Dum rerum illa meas præscia uisit aquas.
Salue/inquit/ Benace pater, tibi nuncia ueri
Diuinabo tui gaudia prima lacus.
Nascetur nitida, seclis uoluentibus, unda
Piscis/fama recens unde parata tibi.
Non siculum Murena fretum, non ostrea tantum
Lucrinum extollunt/Brundusii'q; sinum.
Non Elope tam clara Rhodos, Rhombo'q; Rauenna:
Q uam tua erit partu nobilis unda nouo.
Dixit: & inuidit nomen/namq; omnia uati.
Imperiis Diuûm uoce aperire nefas.
Hæc tibi sit præfata/rogo/præsagia, Gardes
Ille decor, Gardes ille futurus honos,
Hæc sibi Donari pulcherrima PANI cea
Ardet, & in medium me petit una lacum.
Scilicet his Satyrus tentet certare Caprinus:
Q ui tibi tam cordi est/quem malesana cupis.

Ille feras, ille antra petat/dumosá'q; saxa
Q uæq; puellari sunt minus apta pedi,
Tu uel oues nitidas adames, piscesue nitentis,
Et molli ripam gramine florigeram,
Cauta cole uiolámq;/rosámq;/Crocumq;/ & amomum
Q uæq; puellari sunt magis apta sinu.
Sed quidnam ista uagis nequicq̃ credimus auris:
Si miseris nullus iam locus est precibus?
Nempe Libyssinis in montibus aspra Leæna
Te genuit, Scyllæ uel fera monstra canes.
Me fugis heu demum, me'q; aspernaris amantem.
Ergo ab amore graui perditus ecquid agam?
Perditus, assiduis quem luctibus exteruauit
Dura uenus, spinis pectora nostra serens.
Eripis heu misero sensus mihi: nil iuuat undæ
Candor, & impedet quæ super umbra lacum,
Acrior haud molles unq̃ ussit flamma medullas:
Q uid mihi nunc gelidis impertare uadis?
Magna inq̃ tenuis demanat flamma sub artus:
Lumen hebet, torpet lingua, manúsq; tremunt.
Atq; auris gemino sonitu pertinnit utrinque,
Extremo'q; miser deliquio abripior.
HIS pater incassum duram persæpe Napeam
Insequitur dictis, insequitúrq; pede,
Illa fugit, cursu celeris uestigia Ceruæ
Flammea præuertens, antra'q; nota petit.
Atq; ubi tam prono decursu rapta uolauit
Obsita ramorum Carcere deliuit:

Benacu'sq; miset/potiundi protinus expes
Ima subit/rapido turbine uersat aquas.
Et memor iratum quoties incanduit/alus
Eructare uadis stagna refusa furens
Æstuat: Euxinæ tunc æmulus Amphitritæ,
Tartara iamq; aperit, iamq; adit astra tumens,
Non illis Cymbam concredat fluctibus ullus:
Non, si uel gemino Castore fretus eat.
TALia clarisona memorabat uoce Catullus:
Dum socii/atq; sacer pendet ab ore chorus.
Finierat. Nymphæ applaudunt Benacides omnes/
Ceruleusq; pater/nec modus ullus adest.
Oscula dumq; parant certatim inferre carinæ,
Illa fluentisonis plausibus icta salit.
Et iactata, latus dextrum iam/deinde sinistrum
Obiectabat aquis. Corde Catullus inops
Apprehendit'q; manu spondam, Amisitq; libellos:
Quos rapido uortex æquore subripuit.
Dulciloquo sedenim lux illa nouissima Vati
Indecori forsan luxerat exitio:
Ni prece Pollucis, ni Castoris: implorata,
Littora legisses tuta Phaselle celer.
Quid tamen hoc uitasse fuit, si cura, dolorq;
Hinc male/confecti pectora Vatis/habet.
Ille quidem, Impatiens iacturæ nobilis, ægro
Mœrore exesus Romula tecta petit:
Atq; ibi, dum assiduo tabescunt lumina fletu,
Primæuo ætatis flore uigentis obiit.

Extinctum fleuere humiles, fleuere potentes/
Fleuerunt charitωn, Aoniæq; cohors.
Extinctus lepor est/extincta est gloria plectri,
Et gemit Eoum littus/& Hesperium.
Optima sic demum fatis rapiuntur auaris:
Vescuntur largo deteriora die.
VERVM Age, quæ fuerit rapti Fortuna libelli,
Dic Erato, ista tui præmia Vatis erunt.
Ne tegat hoc seclis obliuiscentibus ætas:
Hactenus ut nulli nota fuere patrum,
DECIderat Codex liquidas prolapsus in undas,
Deciderat plectri delicium Aonii.
Nais/& hæc atq; illa librum prægestit a pisci:
Et lacerant Auida scripta uerenda manu.
In Vitreo'sq; bonam thalamos trahit Ichthya partem,
Discat ut Ausonio Mincius ore loqui.
Mincius hæc didicit, Caro mox promptus alumno
Obtulit, hinc culto claruit ore Maro/
Mantua quo gaudet, ueluti Verona Catullo,
Eloquii quum sit magnus uterq; parens.
Nec Virgilina sui uult non memor esse Poetæ:
Partem habet, & latos implet auara sinus.
Seruet ut hæc magnis præsaga Nepotibus, olim
Quales frondosa sub Nuce nixa dabit:
Sirmia quam lunis oculis prospectat/amatq;
Scripta cauernoso fornice cuncta premi.
AH Facinus, tam clara igitur monumenta peribunt?
Et feret hoc Erato? pulcher Apollo feret?

An non magna satis rapti iactura Poetæ
Viuus opes poterat qui reparare nouas.
Ast obiit Vates, celebres obiere labores.
Heu ubi nunc risus, heu ubi nunc lepor est?
Scilicet hæc nerunt Parcę subtegmina: quatum
Facta infecta Deûm reddere nemo potest.
At non ipse sui Vatis oblitus Apollo/
Non oblita Hecate, non Venus Idalia.
Nanq; opus insigni statuunt mutare figura,
Vnde sui Vatis fama perennis eat.
Ecce notæ uerti In fuluum cepere Metallum,
Scriptus ut aureolo carmine uersus erat.
Effulgent nitidæ per stagna rubentia micæ,
Scilicet hi numeri culte Catulle tui,
At membrana simul tepido emollita liquore,
Pisciculos cepit sensim animare nouos.
Turba hæc, cognatum tanq̃ sibi noscitet aurum,
Adnatat, & proprias carpere cepit opes.
Sic referunt, uituli pertuso tergore bimi,
Informes primum fulgêre uermiculos.
Substrato'q; thymo exceptos/casia'q; recenti,
Florenti'q; Senis gramine Corricij/
Iam nitidis qui mox alis/pedibusq; subortis
Prædatum flores prata'q; odora uolant.
Distento'q; replent fragrantis nectare cellas,
Vnde suos Cecrops cogit/& Hybla fauos.
Illicet en dictum pisces populantur arenam/
Non aliam ut capiant protinus ore dapem.

Candor adhuc remanet membranę/ ut ut ante nitebat
Aridula doctæ pumice rasa manus.
Puniceúsq; color tergo/qui frontibus, & qui
Argenti fuerat cornibus, ille decor.
Fulua caro/fuluum manifestius indicat Aurum,
Et sapor ambrosia gratior/& melior.
Aureus huic lentor/Vis aurea, inutilis ægris
Non cibus est, aurum noscere/ut inde queas.
Hic saciare nequit; nequeunt saciare libelli.
Spinula pungentis monstrat amœna iocos.
At, sale quod uesco longos conditur in usus,
Victuros pandit tempus in omne sales.
Gemmeus utq; liber, raris uersandus amicis,
Arcebat turbæ uulgus inane rudis.
Tu quoq; tantum epulis regum asseruate potentum
Piscis honorato nomine rarus eris,
Nam, quia: quod carpis; nihil est preciosius Auro,
Ellogium fier nominis inde tui.
CARPIO nomen erit, quod nulla oblitteret ætas,
Viue/ Vale: ac Aurum
Carpio carpe
tuum

F I N I S

IOAN. PETRI VALERIANI

LEVCIPPVS

AD BAP. EGNATIVM

SI IVVET Afflictos miserorum fata referre,
In socii detur siqua labore quies,
An magis ulla animum delectent carmina nostrum,
Ponere Leucippi q̃ mala fata boni?
Primus ego has latio succendam lumine flammas,
Clade fatigatus compare primus ego:
Ille meos,siquidem Egnati præfinxit amores,
Exemplar morum, uitę, animiq; mei.
Is coluit Daphnen, mihi Daphnia culta:furores
Occulit ille suos, occulo & ipse meos.
Ardua Daphniolæ res est amor, ardua Daphnes:
Vota pudica illi,uota pudica mihi.
Saucius is cecidit, semel attamen, Acrius cheu
Sæpe ego conficior, mórsq; petita fugit.
Verum agite o Manes placida Ladonis ab unda
Audite hic Vatem funera uestra queri.
Siqua tamen Leucippe tui pars restat amoris:
Quæ mea sit miseri cernere fata capax.
Accipe me comitem, nostro'q; leuabere casu:
Et tua sors demum fiet acerba minus.

ARGVMENTVM EX PAVSANIA

LEVCIPPVS Oenomai, Pisę Regis, filius Daphnen amat. expes potiũdi puellarẽ induit ornatũ. asciscit a Daphne comes: gr̃am in dies apud eam indipiscit. Riualis inuidet Phœbus, efficitq; ut Daphne uenatione, & sole fatigata, una cum Nympharũ cœtu, se in Ladonẽ fluuiũ merset. Tergiuersat Leucippus, ui'q; a Nymphis exuit. Mas cognitus, iaculis conficitur.

NARRATIO

AM SATIS Innuptæ uulgata est
fama Puellæ,
CVI LYCIVS Tanto fauit
honore Deus.
Inter Hamadryadas fuit ut formosior omnes,
Durior æque omnis inter Hamadryadas.
Hanc uidet Oenomao natus Leucippus Achæo:
Vt uidet, ut capitur, captus ut inde furit.
Illa mares omnis fugit auersata, negátq;
Nubere; siue uiro sit data, siue Deo.
At tamen hanc Leucipus amat, sperátq; potiri,
Vsq; adeo in propria re sibi quisq; fauet.
Sed nihil ad uotum demum uidet. Esse'ne coniux
Mortalis cupiet, quæ negat esse Dei?
Quid faciat puer infelix? quáue arte cupitos
Speret in amplexus uirginis ire suæ?

Scitus amor promptis hominem domitare sagittis
  Nouit; & exprompta uulnera curat ope.
Et quibus is rerum domitor dominatur, eisdem
  Consilium prudens suggerit, atq; animum.
Hoc monstrante igitur patrio nutrire capillos
  Incipit Alpheo/nectere'q; arte comam.
Flaua erat/& studiis circum muliebribus aures
  Pressa/per inflexus ibat ad usq; pedes.
Adiicit ornatum, qualem Spartana gerebat
  Venatrix, Pholoes lustra per alta sacræ.
Iam Coos maculosa sinus Lynx cingit ab armis:
  Leuia purpureus crura cothurnus habet.
Iámq; habilis pharetra ex humero dependet, & arcus
  Annectit geminos copula bina canes.
Iam iuga Taygeti Daphne transgressa, pauentis
  Dum sequitur ceruos, impauido'sq; Sues.
Innumeris uelox aderat comitata Napeis,
  Vi'xq; premens posito gramina summa pede.
Vt uidet hanc puer Oebalius, sibi conscius artis,
  Horret/& egelido corda pauore tremunt.
Et stupet, & pudibundus abit, nec credere sese
  Audet, & interdum uimq; animumq; capit.
Ingenuæ interdum flammæ pudor obstat alumnus:
  Demum abit indomito uictus amore pudor.
Hanc igitur fidens petit, audacte'rq; locutus
  Dilectam tali uoce moratur Heram.
Dic Dea, siue loci Nympha es, siue inclyta proles
  Es Iouis, ex ipso nosceris ore Dea.

Qua pater Oenomaus rapidos direxerit axes:
  Qua soror acta citis Hippodamia rotis.
Nanq; ego dum Æripedem solerti indagine ceruam
  Persequor, his erro sola relicta iugis.
Nympha huic. Parthenium lustraui, & Menala, usq;
  Sunt mihi mortalis signa notata pedis,
Tu uero, ne sola die errabunda cadente
  (Sol Tartessiacas pronus amabat aquas)
Tristis eas, mecum potes expectare parentem:
  Ni ueniat, siluis tuta latere meis.
Dissimulat se uelle puer, simul'sq; timenti
  Singula prospectat lumine lustra uago.
Naiadum chorus omnis adest, & Hamadryas omnis,
  Quæq; uit hic potius cara puella mane.
Vincitur obsequio iuuenis, falliq; uidentes:
  Arcada quin isto falleret ore Deum.
Ecce Aper interea silua furibundus ab alta
  Prodit, & Eurotæ flumina nota petit.
Clamorem attollunt Nymphæ. Sociæ ocyus eia
  Daphne ait, in magnam figite tela feram.
Quæq; locum ante notat: quæq; est iaculata: Sed una
  Quæq; illesa ferit terga ruentis Apri.
Altera mox dextris librant (nam bina gerebant)
  Ipsa quoq; illesa tela repulsa cute.
Sed Leucippus humi iaculum defixus utrunq;
  Stabat adhuc, uerirus se sociare Deis.
Respicit hunc Daphne: cessa'sq; (ait) œbalis una
  Cessas? funde alacri missile utrunq; manu.

Ille uerecundo tota oblitus ora rubore:
  Mortalem/socium non decet esse Dei,
Dixit.& ista tuæ potius sunt debita dextræ
  Tela,simulq; Deæ porgit utrunq; libens.
Q uin age/respondit Daphne/amentabimus una
  Ipsa unum/ac unum dextera nostra ferat.
IAMq; Aper ille canum magnis latratibus actus
  Vertetat ad Nymphas spumea rostra ferox.
Intorquet Virgo,simul & Leucippus,habenam,
  Signat uterq; simul/uibrat uterq; simul/
Lumen uterq; simul dextrum deprehendit/& unum
  Ipso e'odemq; loco uulnus uterq; facit.
Exoritur plausus Nympharum:fulmineus Sus
  Cernuus immani corpore pulsat humum.
Se rotat in gyrum,surgitq;,caditq; uicissim:
  Lapsantem rident undiq; Hamadryades.
Saxum habile hic manu prehensat Piseus,in hostem
  Id iacit(audentem fecerat alma Venus)
Saxum oculos inter uiolento turbine,frontem,
  Vulnerat:in clunes concidit ictus Aper.
Et mox quantus erat pedibus metitur arenam:
Approperante tremunt Ilia larga nece.
Tunc Daphne complexa utrum tenera oscula libat
  Suntq;/ait/ista,tui Gymnica facta Iouis.
O,tibi si posthac placeant consortia nostra:
  Perpetuo mecum uiuere Virgo uelis.
Cui Puer/hoc quando tu me'dignaris honore/
  Nostra erit arbitrio subdita cura tuo.

Accipit hunc Daphne: Nymphæ gratantur, & omnes
Ignoto libant oscula casta uiro.
Nunc tibi, nunc Demum felix Leucippe uideris
Heu quanto hæc stabunt oscula cara tibi.
Tu Comes is Daphne, tu solus amabilis illi:
Curarum Daphnes conscius unus eras.
Illa tuo connissa manum blandissima collo
Pendula de cubito stringere uela dabat.
Colligere illa sinus aliqua de parte fluentis
Te cupit. & tuncis nectere sæpe comam.
Singula promptus agis doctore Cupidine: donat
Solus hic ingenium/solus hic eloquium.
At gremio quum sæpe tuo defessa quiescit:
Quum tua sudorem siccat ab ore manus.
Quid tibi tunc animi miser heu Leucippe/potito
Frustra quo nunq̃ detur amore frui.
Te cruciat/q; tanta licent tibi/scilicet illam,
Tangere: at, ut uelles tangere, non liceat.
Quæ tibi bella mouent/hinc forma uenusta, sed inde
Exempla indomitæ nota pudiciciæ.
Sminthea quum se odisse refert/& nolle maritum
Certa ita perpetua uirginitate frui.
Copia multa tibi/sed nulla est copia/tantum
Præualet in uero semper amore pudor.
Quin/nisi casta sit hæc, leuius Leucippus amaret:
Leucippus siquidem uerus amator erat.
Iam nil turpe cupit, iam sola modestia cordi est
Iam satis est Dominæ uiuere more suæ.

Promptior hinc factus per honesta negocia Daphnæ
Carus erat, Nymphis carus Oreadibus.
Illum Naiades, illum spectare Napeæ
Gaudebant, Daphne diligit una magis.
Seu tacitis ignem stimulis Natura ciebat:
Seu decor ingenuæ frontis amandus erat,
Sic & eras felix/& eras Leucippe beatus:
Sic tua supremo sors erat æqua Ioui.
NEMO sed humanus diuturno tempore felix:
Iugis amaricies gaudia curta rapit.
Cynthius hoc uidit: quid enim non cerneret ille:
Qui præbet terris lumina, qui'q; polis.
Inuidia exarsit iuuenis felicis iniquus/
Ergo marem Daphnæ prodere cura subit.
Æstus erat, medio'q; altum Sol orbe Leonem
Presserat, atq; omnis campus hiulcus erat.
Quærebant Satyri, quærebant flumina Nymphæ.
Hæ secreta, illi flumina aperta natant.
Panicolæ nil densa iuuant pineta Lycei:
Nulla'q; siluosas occupat umbra uias.
Assiduo Daphne uenatu lassa, puellas
Traxerat hac, cesæ gloria tanta feræ.
Iniicit huic animo phœbus Ladonis in amnem
Se gelidum, ac socias mergere Hamadryadas.
Nec mora. Cliuus erat Zephyris genialibus aptus:
Murmure quem placido lancinat unda frequens
Occupat inde sinum prælargo gurgite tutum:
Adridet uitrea calculus omnis aqua.

Hæc circum pictæ uolitant uada læta uolucres
  Arguto'q; melos gutture dulce canunt.
Hic reliquas posito Daphne uelamine Nymphas
  Suadet arenoso tinguere membra lacu
Gratum opus accelerant omnes/saltu'q; procaci
  Desiliunt, palmis stagna repulsa sonant.
Tunc puer erubuit: qui'q; omnia primus obibat,
  Nunc mora postremum segnis inersq; tenet.
Eleis, quid agis: Daphne proclamat/in istas
  Merge (leuamen erunt suaue laboris) aquas.
Ille nihil primum Nymphæ mirantur/& inde
  Exiliunt magni suspitione doli:
Vi'q; reluctantem expoliant: laceratur amictus
  Ille uerecundo pectore inhæret humi.
Vt tamen agnouere marem, chorus omnis in iram
  Canduit, & Triuiæ numina magna uocant.
Arripit ille fugam, fugientem tela sequuntur
  Mille nec immites abstinet ulla manus.
Is, fer opem Daphne, fer opem clamat, bona Daphne:
  Sed Daphne, & Nymphæ uulnera, & arma ferunt.
Prima caput certis petit Orithyia sagittis
  Sæua habilem in dorsum torquet Iera sudem
Nemertes innupta femur, femur haurit Agaue,
  Deiopea humeros, illia Passithoe.
Annicula Drimo quercu montana lacertos/
  Fraxineo suram uimine Phylodoce.
Sic tamen ille fugit/sed ineuitabile fatum
  Non fugit heu, siquidem pensa refecta uetant.

Nam Lachesin supplex filum exorarat Apollo
Rumperet: argutæ sic potuere Lyræ.
Quin etiam nubem fugienti obiecit opacam,
Præstinxit'q; tubis lumina flammiuomis:
Quo puer attonitus fulgore, & nube, locorum
Immemor/assuetam nescit obire uiam.
Sed modo tuta petit, medios modo fertur in hostes:
Quos nusq̄, nisi quum saucius, esse uidet.
Ergo magis uocem attollens, Daphnen uocat unam,
Vnicam amat Daphnen cernere/& oppetere.
At specula incendens animos clamabat ab alta
Latois, pereant/turba odiosa/Mares.
Hortatu Dominæ cedem omnis Orcas atrocem
Instaurat/puerum sternere certus honos,
Ergo corinthiacis Ephyre spectabilis hamis
Trans adigit collum/pectora Dynamene.
Eumpompa, Nesso, Pronoe, Galatæa, Themisto
Indefessa iterant spicula crebra manu.
Demum Arethusa tuis traiecto poplite telis
Concidit: Insultat cede cruenta cohors.
Vidi ita pertusam uiolenta grandine caltham
Languere, & flores Cyprogenia tuos.
Et tamen expirans Daphnen optabat amatam,
Frigidulo Daphne semper in ore fuit.
OCCiderat iam tot iaculorum mergite pressus:
Quot furibunda Histrix tergore tela gerit.
Daphne igitur ueniens, ut functum cominus hostem
Spectat, adhuc toruo lumine compos/abit:

Fata ita/sic pereat; sacrum quicunq; pudorem,
Virgineúmq; ausit conscelerare decus.
Dilectam ad uocem gelidos Leucippus ocellos
Sustulit. ah morior, Daphne adamata ubi nam es?
Inquit/at illa furens impactum astile refigit,
In mediámq; odiis expuit acta manum/
Mox toto accitis de pectore/uiribus/ictum
Ingeminans iugulum te'rq; quate'rq; fodit.
SIC Miserandus obit Iuuenis, dum fidus amanti
Seruit, ita infidam uidit amoris opem.
Nulli illum superi non ingemuere iacentem:
Illum omnes flerunt pectora dura feræ.
Quin nitidos tetra succauit nube iugales
Cynthius ipse. pudor, seu fuit ille dolor.
Crudeles Nymphæ, Daphne crudelior, illum
Ipsa petis iaculis improba Nympha tuis.
Tu comitem exanimare tuum/carú'mq; Sodalem
Passa, cruore manus tu maculare pio.
Nonne tibi/immenso q̃uis ardesceret æstu/
Sincera frater mente pudicus erat?
Expers Nequitię foedę'q; libidinis expers
Gaudebat casto castus amore frui.
Illius in gremio toties quum sola cubares,
Dormire'nt q; homines, cælicolę'q; Dei.
Tentauit ne unq̃ uerbis/factóue pudorem
Soluere/uel teneros sollicitat e sinus?
Indígnata licet sis/ipsa fatebere/nunquam:
Vita sed huic dices irreprehensa fuit.

Non impune igitur Daphne uiolaris amicum,
Est & amicitiæ maxima cura Ioui.
Et Venus alma tibi pœnas irata parauit,
Truncus eris dura rusticitate rudis.
Illicet, ut merita es, sacra cedere securi
Apta ueneficiis stirps odiosa malis.

SEQ uitur MEtamorphosis Leucippi
in VAlerianam Herbam.

SIC Illa Egnati meritis obnoxia flammis
Supplicium, ramo triste crepante, dabit.
At non Leucippus, Veneris pia cura benignæ,
Incuset miseræ fata beata necis.
Nam Venus hunc memori parat insignire figura:
Quæ casti indicium semper amoris erit.
Illa etenim diræ cedis perculsa dolore,
Qualis ad extincti funus Adonis erat,
Imperat Idalio natum de uertice succos
Promere Amaracini fundere roris opem.
Quo postq̃ imbutum Leucippi corpus/amico
Nectare delicuit, uisq; adaperta soli/
Transit in ambrosii radicem pectus odoris,
Molle'q; adhuc fodiunt spicula multa latus.
Tum Venus inuertit iaculum Peneidos/actum
Viscera per medium cordis adusq; locum.
In tenue'mq; iubet calamum gracilescere/nodis
Omnibus ad culmum uela resecta ligat/

Tenia discerptis foliis accrescit utrinq;
Fistula subrutulo tincta cruore uiret.
Sanguis at ille, hamũ circũ qui sparsus aduncum.
Non iam mortalis sanguis: at ætherius:
Qualis Acidalio de uulnere fluxerat Ichor,
Quum petiit diam dextra profana manum.
Spumeus exiguos absoluit mille corymbos:
Ambrosio qui auras, prata'q; odore beant:
Vertice qui sese exsinuant per gramina, celso
Canduli: sed quos purpura rara notat:
Concolor hinc partim lacti, partímq; cruori
Flos nitet, hinc Cypriæ spirat odor Veneris.
Quę simulac rerum genitrix Citherea peregit
Gramina persauit sidere læta suo.
Edixitq;, boni genitalis ut aura Fauonii
Lecta hinc in terras semina larga ferat:
Ne placidi tantum Ladonis ripa: sed olim
Testetur facinus quælibet unda nouum.
Sic quones glacialis hyems dissoluitur, atq;
Vere nouo auratis cornibus astra micant,
Irrigua exultant rastæ per prata Napeæ
Surgere Piseæ gramina odora domus
Quin ægris misere languentibus obuia, pręsens
Auxilium pręstant, pressa'q; membra leuant,
Hæc ut Amanulla est nobis, Anthilla Napeis
Fertur, & agrestis Nardus odore potens.
FVM Veteres dixere, operosa ubi cognita uirtus,
Ex re nomen habet, quod VALET in tot opes.

EX VALERIANÆ SVCCO CHIMICE

ATQ· VTInam non tunc positis Caducifer alis
Lurıduli audisset uerba odiosa Senis,
Non fueras Compos Daphne, & Gauderet amatum
Leucippum e manibus surripuisse tuis
Verum Auus huic dum iussa modis repetita molestis
Imperat, inuisæ datq; alimenta moræ:
Dum pubem castam esse iubet, castasq; puellas:
Inculcatq; decus uirginitatis ament:
Præterit dudum hora fugax, ne scilicet istis
Leucippi uindex posset adesse malis.
Attamen ingenuo pueri succensus amore·
Sensit ut hoc penna præpete uectus adest.
Visq; pedes, ubi gramen erat firmauerat acres
Inscius/atq; nouam uellere amabat humum
Vt succum tetigere manus, Talaria, & omnis
Penna, pedes, humeri diriguere leues.
Statq; ut dura silex immobilis, utq; reuinctus
Ære pedem, ære manum, tantus in ore rigor.
Non oculos, non ora ualet, non flectere linguam.
Corq; gelu/& sanguis frigore duruerant.
Quod simul ut uidit Paphie miserata rigorem
Fratris, ab excelso uertice lapsa Gnidi.
Amplexata Deum flammam inspirauit, & ignem:
Qui blando uicit triste calore gelu
Reddita Mercurio pennę uis, reddita linguæ
Redditus ipse sibi, rem celebrem esse iubet.

Rem Parcæ æternis iussę insculpsere metallis,
Dignam ut scire Dei, scire homi nesciq; uelint.
Adfuit his Mauors, puerum miseratus & ipse
Delicias Veneris, progeniemq; Iouis.
Nec dum animo exciderat phœbea iniuria retist
Indicio cuius pręda pudenda fuit.
Et secum. Hem Daphne pœna multata merenti,
Accipiet pœnę munera honora suæ.
Scilicet hæc magnis ibit prælata triumphis,
Vatibus hæc sacris, militibúsq; meis.
Non ego Leucippo faueam? si iungere amores
Non possum, iungam, par faciámq; decus.
Tempus erit, quum bella manu iam nulla gerentur,
Victricisq; comæ gloria inanis erit.
Marmoreæ siquidem, æsq; cauum, cum sulfure, massæ
Omnia tentabunt, omnia conficient.
Tunc nisi Pisei uirtus noua graminis adsit
In reprobum cedant æra liquata typum.
Dixit & intonuit lęuo Pater almus Olympo,
Et motare sacrum gramina iussa caput.
Nulli inde artifices trepidum infudere metallum,
Hoc nisi adorato cespite sacra ferant.

LECtor ne graueris obsecro reliqua
etiam æquo animo perlegere

HÆC Etiam, cristis nostrorum imposta parentum,
Indiderat Genti nomina clara meæ.
Scilicet ellogium meritæ cum laude coronæ,
Obsidio Ciues quum soluēre bonos,

Propter aquas gramen liquidas hoc forte uirebat,
  Hoc legêre, coma, est hoc redimita Ducis.
Hoc memores patrum gaudent gestare nepotes,
  Nobilium hoc nobis dat monumenta uirum
Ancon testis erit, Testis generosa Rauenna,
  Testis Roma, meæ fons, & origo Domus:
Quis nostrum ante omnes uictrici classe parentum
  Signa per Adriacas Gottica fudit aquas.
Vtq; per Italiam misera obsidione grauatam,
  Auxilium extremis rebus, ope'mq; tulit.
Quid referam Vrbano fuerit q̃ accepta Secundo
  Cana fides generis/fida'q; cura mei.
Cuius ab interitu gens ipsa extorris ab Vrbe
  HENrici freta est Cæsaris hospitio.
Te'ne ego tam ingratus sileam ueneranda Mathildi
  Cuius honorata est nostra fauore Domus.
Prætereo prudens fasces, titulo'sq; meorum,
  Gesta'q; felici Norica bella manu.
BVLsanu'mq; datum meritis, Bellunia'q; arua
  Plæraq; tum Iuli prædia lata Fori.
At modo decidimus, bellorum casibus acti,
  Dum Sigismundi iura tuentur Aui.
Sic putruere situ Leucippia gramina longo,
  Nunc utinam auspiciis sint rediuiua meis.
Non, ut bella geram/sed chartis gesta reponam/
  Phœbe tuas Citharas/non tua tela/sequar,
Pro patria nostri/carisq; penatibus olim,
  Pro ducibus'q; suis arma tulere patres/

Nortia dum fauit/ducibus dum grata suorum
Magnanimus uirtus, cultaq; honore fuit,
Arma ego Mauorti cessi, Phœbumq; secutus,
Leucippumq; meum/prataq; uerna colo,
Phœbus enim postq̃ uelatam cortice Daphnen/
Atq; utrusq; datum est nosse pudiciciam:
Inuentus nulli fauisse benignius unquam:
Quã Lauro/& Pisæ floribus/& folijs,
Hinc ego sum genitus: Verus/hoc de gramine/nomẽ,
Sinceroq; eadem Sors in amore mihi est.
Sanctus amor meus est, meus est amor ardor honestis:
Verum æui hoc nulli iam licet esse Probo;
Scilicet ingenuis penduntur singula iniquis:
Quo probior quis erit fabula maior erit,
At sublapsa licet retro mea facta ferantur,
Seruitij & pereat gratia tota mei:
Non aberit Venus: ingenuæ quæ conscia flammæ
Felici afflabit Sidere ab exequijs,
Relliquiasq; meas, neglectáq; membra resumet:
Quæ sparget lacrymis ipse Cupido suis:
Et Salicem subdens Amerinam, & candida uirgæ
Lilia Nymphea, non sinet esse putrem.
Quum sim totus amor, de gramine natus amoris,
Flos nouus, & puri
gramen amoris
ero,

FINIS;

IO. PETR. VALERIANVS LAVRENTIO MEDICI. PETRI CLARISS. F. S.

Eministi Laurenti Clariss. Cur. n. hoc exciderit
m tibi qui præter reliqua absolutissimæ erudítio-
nis ornaměta memoria plurimű ualeas. Meministi inq̃, quű duris temporib. Venetiis apud Lippomanos ageres, q̃tum Nasonis epistolã, puer adhuc, illã admiratere: quã Laodamia ad Protesilaű scribit. Quam, præter cætera, Vates ingeniosissimus affectib. mirű in modű exornauit: quos tu quű recitares magna Hieronymi ipsius Lippomani, ac Vrbani Patrui mei delectatione Reginæ sortem infelicissimam nő secus, ac si res ageret tua, dolere uidebaris. Quare factű est, ut eadě ego quoq; miseratione adductus, afflictã Viraginem, tam pio, tam casto amore flagrãtem, luctu, & lacrymis intabescere diutius nő sim passus: ac sumpta Protesilai persona Laodamiã epistola cősolari uoluerim: Quam tuæ dicandã humanitati merito iudicauiut, qui Protesilai discessu incredibili dolore uidebaris affici, eiusdem aduẽtus pollicitatione aliquãtulum leueris. Habebis igitur hoc a Valeriano tuo munusculű: non, ut me quicq̃ putem obtulisse, sed recepisse plurimű, Quod ineptias meas, qualescunq; sint, Tu'q;, & Varinus preceptor tuus eruditissimus, acerrimo'q; iudicio Vir, apud uos hospitari, benigne patiamini. Valete nostri memores.

Venetiis Intra Calen. Febru.

M. D. V.

P

IO. PETRI VALERIANI. EPISTOLA QVA PROTESILAVS LAODAMIÆ RESPONDET.

Vlide dũ uento Danai retinente moramur:
a Et fera, non grato tempore, sæuit hyems.
Optatam accepi mea Laodamia salutem/
Et mihi dilecta uerba notata manu.
O Vtinam hæc lingua potius Tu uerba tulisses/
Aut ego dixissem, dulcis Acastis aue.
Oscula tot fixi ceris, quod uoluit arenas
Istabili Euripus sæpe uolutus aqua.
Quod quereris nimium uentos nocuisse fauentes:
Qui cita discessus caussa fuere mei,
Tristis, & ipse queror, sed quid iuuat ora comásq;
Scindere, quum fato bella trahente petam?
Mœsta die, noctu'q; iaces: nec mitis Acastus,
Nec Socer Iphiclus, nec iuuat ipsa parens.
Siccine, quam uolui semper uidisse beatam
Lux mea/tam misera perdi a sorte doles?
Cur diadema negas capiti regale? nec ostrum
Induis, & cura est pectere nulla comam?
Squallidulumq; humili cur uelas corpus amictu?
Ieiuno tenuem cur trahis ore cibum?
Nuncius/Æmonia qui uenit ab Vrbe/petitus
Exposuit flenti talia facta mihi.
Me miserum: pro me tot cara doloribus Vxor
Insolabiliter discruciata gemis.

Atq; mori cuperes/miserum me/siste furorem:
  Ne tua sit binis mors data corporibus.
Scilicet ipse diem potero, Solemq; tueri:
  Si tam dilecta Coniuge cassus ero.
Non sinus Ambraciç, non littora Leucados alta
  Sint mihi, supremæ Deucalionis opes:
Sed feret auxilium mihi formidabilis Ægon,
  Fixa uel in medio pectore cuspis atrox.
Ergo necis ne uera tuo sis caussa Marito
  Cara feram abstineas Laodamia manum,
Namq; grauis animæ pendent sub iudice pœnas:
  Insontes letum quę peperere sibi.
His fera Tisiphone diris accincta flagellis
  Assiduo insultans uerbere sæua ferit
Noli Ergo tantos, noli mea uita, dolores
  Concipere/ut stygiæ damna petamus aquæ.
Q uęre laboranti potius solatia cordi.
  In Luctu properat mœsta Senecta graui.
Vtile quod monui, mihi sed præstare negatum
  Q uod mihi non Capio, do tibi consilium.
Ipse ego sum ponus monitu sedandus ab isto:
  Q uem desiderii flama perurit edax.
Non ita suppositis tedis adolentur aristæ.
  Ignea ut indomitus corda peredit amor.
O Q uoties studium uenandi finximus aptum.
  Vt peterem aerei Culmina summa iugi
Scilicet hinc patriæ prospecto Cacumina terræ.
  Vt sic igniculi pars sit adempta mei

Is Nympheus apex buxo spectandus amœno,
Pelios, Offa, Othrys, Pindus, Olympus is est.
Lene relaxandi studium fortasse uocabis:
Lene, sed a' nulla parte iuuare potest.
Acrius immo animum torquet, quia cerno negata.
Maior enim in uetita re furor esse solet.
Sed, magis ut doleam, nostri tu caussa doloris:
Quod tantis pro me fletibus ora rigas.
Ante oculos uolitat semper tua flentis imago,
Nec mihi luce ulla est, nec mihi nocte quies.
Auspicium quid triste times? felicius omen
Pro patria fertur prælia laude geri.
Quid trepidam falsa crucias formidine mentem?
Quod letale putas hostibus omen erit:
Hectora, quem metuis nostro si occurrerit Ensi,
Sentiet Æmoniç fulmina sæua manus.
Hunc Telamoniades bello sibi tradier optat,
Quem saxo feriat, quem petat ense ferox.
Sed magis inuictus, uelóxq; affectat Achilles
Imbuere hoc astam sanguine Peliaden.
Illi etiam tacitis insomnia uisa tenebris,
Hectoreo ut cuspis tincta cruore rubet.
Irruet imbellem fortis Menelaus in hostem,
Et petet ingenti de legione Parin.
Ve tibi raptor, opem placidæ implorato Diones.
Marte opus in bello, non Venere esse reor.
Inuitis nos bella deis tentare uereris,
Sunt potius monitu quæ peragenda Deum.

Iuppiter ægea clamat sublimis ab unda,
Vertite periuri Laomedontis opes.
Multa monent etiam Diuûm responsa futurum
Vt iaceant Graia Pergama celsa manu,
Rettulit hęc nobis sapiens oracula Calchas
Calchas diuino numine fatidicus.
Visa etiam horrifici nuper portenta Draconis:
Quæ fati nobis signa fauentis erant,
Nanq; sub umbrosa Platano dum sacra paramus:
Qua niuidę it sacro gurgite riuus aquæ,
Ecce repentino prorupit in aera saltu
Serpens ingenti corpore terribilis
Lumine flammanti, maculoso tergore, cauda
Immensa, implicita mille uoluminibus,
In summá, nq; ima Platanum sublatus ab Ara
(Omina quæ nobis Iuppiter excierat)
Nactus ibi nidum, pullos rapit octo, uolante
Circum, filiolos Cum genitrice uorat.
Deinde, quis hoc credat? uix nos, qui uidimus, ipsi
Credimus, in saxum dirigitur coluber.
Hæc ubi Testorides prospexit monstra; Pelasgi
Ite ait, Iliacos depopulate lares.
Sunt ecce auspiciis præsentia numina uestris:
Hoste sub argolico Dardana tecta cadent.
Vnanimes ergo, concordi uoce, minamur
Laomedonteo funera acerba solo:
Nec patriam redusse piam iurauimus omnes,
Ni ruat excidio Troia subacta graui,

Nec mora, quum primum pelagus sedauerit iras,
  Euboicum linquet classis Achiua solum.
Accipe, ne timeas mihi dira pericula ponti,
  Cur modo difficiles incubuere noti.
INnautus ceruam iaculo transfixit Atrides
  Dictynæ fuerat quæ fera grata Deæ.
Illa, ultura nefas, uentos excivit ab ora
  Thraicia/& fractis æquora uersat aquis.
Attamen, ut Vates canit, hæc errata piabit
  Ex Agamemnonio uictima cesa lare.
Est ideo prudens Argos dimissus Vlysses:
  Noctiuagæ ut uectet sacra litanda Deæ.
Ocyus ille aderit: placidum iam cernitur æquor,
  Et rabidos uenti deposuere sonos.
Ibimus ergo omnes, placato numine, læti:
  Vltores quo nos Troia fata uocant.
Corruet/atq; potens olim feret Ilios arma
  Dorica/Seruili terra premenda iugo.
Deinde petet celebri patrios cum laude penates,
  Cum prædabunda graia carina manu.
Tunc me conspicies (mens si mihi conscia recti
  Augurat euentus optima signa boni)
Illustrem factis/spoliis prædonis onustum/
  Vectantem Iliades ad tua iura nurus.
Accipies reducem cupidis amplexa lacertis:
  Multaq; si rapies oscula, multa dabis.
Tunc ego tunc lecto tecum bene iunctus in uno
  Militiæ referam splendida facta meæ

Præteriti nos tunc fletus meminiſſe iuuabit.
Intermiſſa duplex gaudia pondus habent.
Spero equidem, Troiæ post fata nouiſſima, felix
Æmonis Æmonii coniugis uxor eris.
Vxor eris felix, reliquæ post tempora uitæ,
Vnanimis mecum forte fruere bona.
Ph lacidas placida post hæc in pace regemus,
O deſiderio uita beata meo.
Interea abſentem patienter ferto Maritum
Carior o propria Laodamia die.
Hac uirtute diu perſta/o fidiſſima conſors:
Nec luctu, & lacrymis diriguiſſe uelis.
Sit, rogo, ſeruandæ maior tibi cura ſalutis.
Eſt mihi cura tui/ſit tibi cura mei.

I. P. V. CALAMITATem ſuæ uitæ deplorat.
Ad M. A. Contarenũ Fratrẽ Caroli. F.

Laue, meos unus toties miſerate labores,
f Vnus lætitius exhilarate meis.
Q d' tua uult pietas, & nõ fucatus amoris,
Candor, & ingenui pectoris integritas.
Tecum flebo meæ fatum miſerabile ſortis:
Purgatóq; minus/pectore mœſtus ero.
Non hilarem memini me unq̃, non eſſe quietum,
Ex quo ſignauit pes mihi firmus humum.
Semper in aſſiduis uitam mœroribus egi,
Nunc hoc nunc illo turbine ſollicitus.

Vsq; adeo in nostros est debacchata penates
  Fortunę rabies imperiosa nimis.
Dumter eductus sum primo, dum pater absens
  Horrida pro patriis finibus arma gerit.
Dumq; ille Augurdi per culmina militat ardens,
  Et subit horrendæ Sæua pericla necis.
Aptus eram studiis, studium mea sola uoluptas/
  Ocia sed studiis nulla fuere meis,
Vix bene finieram nonum tum paruulus annum;
  Multiplicis cessit quum mihi cura domus,
Tractabā, nq; puer non pauca negocia solus,
  Dum pater Adriacas sæpe frequentat aquas,
Adde quod inuisis distentum litibus illum
  Illum mi rapuit mors inopina patrem:
Quem non nulla dies/nulla & non hora dolendum
  Mi statuit mœstis semper imaginibus.
Nanq; in te penitus domus inclinata ruinam
  Traxit care pater, mi memorande pater.
O Malegrata mihi lux illa nouissima Ianis
  Quæ male adorato sole dolenda micat.
Non secus hæc inuisa, ac non secus ægra quotannis:
  Quam quæ funereas inferet atra faces.
Nam mihi iam decimo dolor hic non deficit anno:
  Quem fecere boni funera acerba patris.
Tanta oculis incommoda scilicet obuersantur:
  Immemorem ut possit reddere nulla dies.
Tempora qui finxit finem statuisse dolori,
  Aut ferus, aut certe ferreus ille fuit.

Non amor hunc fratrum tetigit, pietasue parentum.
  Ilicet, inuisus nempe erat ipse sibi.
Nos non Arcadico generatos robore, functum
  Flere iuuat, pater heu/heu mihi adempte pater.
Tunc mea FAVSTINVS radicibus ora faliginis
  Pascebat: Quæ mox dulcia mella forent.
Hunc apud insomnis noctes, ieiunia longa
  Sponte tuli, studio cautus obesse cibum.
Nam iam grandis eram, quinta Trieteride puber,
  Quum uariis cepi flectere uerba modis.
Hinc pudor/hinc feruens animus stimulabat, iniquo
  Elapsos nixu me reparare dies.
A' Patruo demum Venetas accitus ad undas,
  Vix menses nostro uiximus ære decem.
Patriciis igitur seruire coegit Egestas
  Erumnosa bonis inuida principiis.
Hic Tussis/febri'sq; frequens/capiti'sq; grauedo
  Occupat imperium corporis omne mei.
Plurima præterea prudens incommoda uitæ:
  Qualia uenari Quadra aliena solet.
Ocia rara die/rarissima nocte dabantur/
  Quæ studiis possem suppeditare bonis.
Adde etiam infelix, studium quod inutile sumpsi,
  Pauperibus Musis deditus/& Sophiæ.
Tyndaridæ hoc uoluere mei: quo sidere natus,
  Diuitiis studium cogor inane sequi.
Scilicet aut Musas, habita aut post arte medendi,
  Socraticos mores, Pythagoræ'q; modos.

Atq; ita ieiunæ gentem comitare Cicadæ
Cui melos: & cantus sola alimenta famis.
At genitrix pauper/geminæ sine dote Sorores:
Quas miseras frustra spes fouet una mei.
Exposcunt á me fraterni præmia iuris,
Sed chattas nullas/carmina nulla uolunt.
Quid præstare tamen possim Marce optime/uosti
Sæpe inopi solitus ferre benignus opem.
Hoc cruciat, miserum cor hoc mihi uellicat, atrox
Non intermisso cura fit hæc stimulo.
Quod, si iure mihi sit soli, uniq; uacandum,
Nulli᷑us fuerit uita beata magis.
Heu quid agam? Cepisse piget, desistere dutum/
Pergere pauperies imperiosa uetat.
Non, quia prosiliat Sonipes de carcere uelox,
Prima feret: mediis ut cadat in stadiis.
Sic, nisi magna fouet, frustra mediocria tentat
Qui cupit insigni cingere fronde comas.
Nil actum est igitur/scribendi tempus amussim,
Materiam tempus, iudiciumq; parit.
Nunc uereor, ne me a' studiis Dea sæua repellat:
Quam contra superis non licet ire Deis'.
Atq; ad Ephemeridas plebæa negocia uiles,
Vt redeam, uisens ostia Nile tua.
Aut Syrtis Lybiæ, aut magnum tremebūdus Atlantē/
Classe petens cœlum, Tartara classe petens.
Fecerat hoc genitor iuuenis, moremq; paternum,
Dum sequitur frater non rediturus abit,

Is Lauretano forti comes additus, ictus
A' Turca in mediis impiger arsit aquis.
Non ea uis inopi est animo, quem Phœbus ad umbras
Allicit, atq; umbris pascit harundineis.
Si referas quanta incumbant uertigine Cori
Siue Caledonii dira pericla maris
Horreo, soluuntur genua/& pallore notantur
Ora/uelut iam iam me ferat unda rapax.
O peream/potius q̄ sim tibi Phœbe rebellis/
Quicquid ab Eois/Hesperiisq; uenit.
Auersum ingenio quicquid conamur/inane,
Cedit; & infausto subruit orsa modo.
Mens foret e' sacris uictum mihi quærere templis:
Quod facilis nona suadet ab æde Venus.
Illa quidem gelida Capricorni sede recepta
Summouet/inducta religione, faces.
Præterea occiduo Chiron mihi mergitur astro:
Salue sancta Deo facta operate Senex.
Eloquar, an sileam: satius uixisse profanum,
Quam stipe deposita sacra licere Dei.
Vna tamen, reliquis amissis, cura placeret,
Principibus Comitem me placuisse uiris.
Adiuuat hoc uotum summo Sol rectus in orbe,
Falciferi placidis dum senis instat aquis.
Nec Fortuna procul/neq; non Cyllenius alas
Explicat, a' prima dum Iouis æde fauent.
Sic fecere mei, sic enituisse priores
Plurima signa domi/plurima signa foris.

Nec mihi defuerint Regum noua tecta potentum·
  Non ingrata quibus nostra futura fides.
Obstat at inualidum latus/impatiensq; laboris
  Pectus/& infirmus pes/manus ægra:tremens.
Ve misero/utresne unq̄ sperare licebit·
  Flore iuuentutis si fetor esse senex.
Iam quarto addemus plenam Trieterida lustro.
  Quando erat ut possem fortior esse dies?
Nec mihi nec matri/geminisq; sororibus unq̄
  Vtilis effectus/quum mala tanta feram,
Qui lenire ioci, Quæ demulcere uoluptas
  Mentem qui'ue potest exilarare lepor?
Nullus lętitię locus, obluctantibus astris,
  Turbarum tristi Gurgite raptus agor.
Exigua uenitum est mœrentia corda quiete/
  Ægra uel exili membra leuate mora.
Nil modus in potu, ac epulis iuuat: omnia turbat
  Anxietas animi languida, cura tenax.
Erumnis igitur tantis liquefactus, & omni
  Spe procul exactus, depositusq; uię
Despondere animum cogor: frangentibus Euris
  Et clauum, & malum credere uela Deo.
Ille modum nostris dederit cruciatibus aptum
  Fatalem crinem si citus abstulerit.
Interea placide infortunia cuncta feremus,
  Consilius dum sit cura leuata tuis.

IOAN. PETRVS VALERIANVS. FRAN. GRITTEVM, ANDREÆ SPLENDIDISS. F. LVGET.

Rgo ego nunc lucẽ potero, Solemq; tueri,
e Neue genas radã, neue comas lacerem?
Nuper & occideru fam Gritteus acerbo
Franciscus, nostræ fama suprema die.
Franciscus uirtute omni teres/atq; rotundus,
Scilicet eximii natus imago patris.
Q uo magis hac quisq̃ non tempestate bonorum
Fautor, & ingenuę cultor amicicię
Hic periit, periere simul spes Aonis, atq;
Vtilitas, morum præmia nobilium:
Hei mihi tam iuuenis, tam dignus uiuere/cuius
Viuere ab exemplo par foret/& sapere,
Infelix Pater, his præstantem moribus illum
Vnum, atq; unicum ocellum miser abdis humi.
Q uid tibi nunc primi patrię si dantur honores,
Nec uidet hos uita natus amabilior.
Q uid Thracũ superasse manus, quid uincula pdest
Vincula si natum non soluenda premunt.
Scilicet hanc retulit præcox Sapientia sortem/
Hanc in pube noua sedula corda senis.
Q uid loquor? Is fruitur parto pietate triumpho:
Cui propiora datum est ora adamare dei.
Q uam mores peperere boni, studiumq; Parentis
Arcem, corporeo carcere liber habet.

Quam non Liuor adit, quam Vesta pereniter una
Incolit, urbem agitat dum Duodena cohors.
Quod fidibus melos expressit, quod uoce, supernis
A' modulis, pura nunc capere aure potest.
Quas coluit musas, cœliq; nouemplicis orbes,
Nunc uidet, utq; suo paret Apollo Ioui.
Vescitur Ambrosia, madidus fit nectare: Diuûm
Accumbens epulis templa beata colit.
Nos miseri mortem hanc immaturamq; iuuentam
Flemus, & assiduo ungimus imbre genas.
Daulias umbrosa qualis gemebunda sub ulmo,
Et qualis rapto pignore sola soror,
Et mecum urbs Venetum magno confecta dolore,
Et mecum Vatum pars bona mœsta gemit.
A nobis generose Pater patiare dolendo
Vinci summa quibus caussa doloris adest.
Filius hic tantum fuerat tibi, proh dolor, idem
Filius hic, pater hic, hic mihi frater erat.
Illustrem hunc: studium fuerat tibi reddere factis,
Huic studium auspiciis me decorare suis.
Hic tibi Scipiolus, uergente ætate, futurus:
Nunc sed erat naui clauus, & aura meæ,
Sperabas gremio illius deponere uitam:
Vitam ego in illius nunc renouare sinu.
Hic tibi solus erat, nobis quoq; solus, at unus
Hic tibi erat, nobis instar erat populi.
Tu sapiens, iustus, prudens, moderatus ad unguem,
Humanæ expertus mille pericla uicis,

Scis luctus seruare modum, frenare dolores/
Et uerbis multi dedoluere tuis.
Scis/uaga quam uario casu Fortuna feratur,
Vt rosa mane uiget, uespere languidula est
Quam modice rebus par sit gaudere secundis/
Parque sit aduersis fortis adesse malis.
Nos pueri infirmi ingenio/uicti'que dolore
Aufugimus medicę pharmaca blanda manus.
Socraticę licet euoluas oracula chartæ:
Nil/ut succurrant omnia, profuerint
Quo'que magis uolumus mortales pendere casus:
Vt leuis umbra/uel ut bulla caduca sumus
Acrius excruciamur ob hoc/sortemque dolemus
Humanam infidis casibus expositam.
Ergo ut semper amicum hunc deploremus ademptum
Tabescant fletu lumina continuo.
Nemo quod a'fletu reuocet/quodue icta perenni
Vulnere corda leuet, carmen inane canat.
Sed, quod triste fleat, Helenæ quod Pharmaca possit
Vincere, & ad gemitum corda ciere nouum.
Sic dolor hic, sic effusis spacietur habenis:
Humor in effœto corpore donec erit.

EX ÆDIB· IO. TACVINI EDITA
M · D · IX·
DECLINANTE
SEXTILI·